


FGH 4956





WARBURG

A standard linear barcode.

18 0262920 X

f F  
g G  
h H

4956

Lacks the final 19 leaves, containing the Geronticon.

bark 17 leaves.

091798 F. VINCÉCÍS ZR. BRÍX.

4956

IOANNIS AVRELII  
AVGVRELLI  
P.ARIMINENSIS  
CHRYSOPOEIAE LIBRI  
.III.  
ET GERONTICON  
LIBER  
PRIMVS.

[Venetii 1515]

• REX ANGLORVM

• M· D· C· X· C· I· C· E· M·

• M· A· M·

• T· O· L· I· S· I· L· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

• N· I· C· H· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

• N· I· C· H· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

• N· I· C· H· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

• N· I· C· H· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

• N· I· C· H· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

• N· I· C· H· O· T·

• C· H· R· Y· S· T· A· R·

LONDON  
BRITISH LIBRARY  
INSTITUTE OF

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI  
CHRYSOPOEIA AD LEONEM  
X. P O N T I F I C E M  
MAXIMVM.

**A**V riferam paruis animi pro uiribus Artem  
Quæsitam nobis:& longo tempore partam:  
Vtrum inuolucris tantarum euoluere moles  
Se potuit:claro perhibentes carmine nuper  
Lusimus:& Musis hanc commendauimus almis  
Quod nulli ex omni numero fecere Prioress.  
Cumq; operi Autorem; cuius sub nomine tutum  
Pergeret; optarem; foret & res præside digna  
Ipsa ex se magno:uariaq; hinc mente teneret:  
Cuimerito cuncta hæc:& non ingrata dicarem:  
Interea nobis Tute uelut æthere ab alto  
Missus ades Mundifessis succurrere rebus:  
Qui bellis celorumq; faces; incendia tanta  
Extinguas; placidamq; piis sperare quietem  
Des populis; solidamq; per aurea sacula pacem.  
Cuiue etiam; si parua licet componere magnis:  
Ad sanctos hac nostra pedes Ars aurea tendat:  
Ut quo te fidei sacræ nunc cœtus honore  
Prosequitur cunctus; hoc te ueneretur: & omni  
Ipsa tuum pro me cultu sic Numen adoret.  
Hanc igitur; Si non immensa negocia prorsus  
Impediunt; permitte: precor; se prodere tantum:  
Quo tibi; detracto ueluti uelamine Virgo

Nobilis ingenuo uultum perfusa rubore:  
Occultum incipiat semel ostentare decorum.  
Hæc etenim prima quanquam se fronte legenti  
Non adeo ostendat: paulum tamen ipsa reclusis  
Detecta arcanis: mira & gratissima pandit.  
Quam si forte legens interdum nomina Diuum  
Offendes: quos uana olim coluisse Vetustas  
Dicitur: extéplo haud renuas: sacra optima quanq;  
Exherces: ueramque fidem: cultumq; tuéris.  
Illa etenim tanquam priscis consueta uocari  
Vatibus: enixe quos tunc imitabar; adiui  
Supplex: & paribus curis in uota uocauit.  
Materies etiam solitum conquirere solis  
Elt lunæ auxilium; necnon Vulcania uelle  
Arma uidebatur: quorum implorare fauorem  
Fas erat: & mihi iam per te licuisse: sit id nunc  
Concessum: & uenia dignum peccasse fatenti.  
Moxtamē hinc aliud quæsitū ad carmina Numen:  
Elt precibus solum cunctis quandoq; uocatum  
Forte aderit: præsens fuerit si gratia cælo  
Tanta mihi: Magnum multo seu carmine Mosen:  
Seu quem flagranti uectum super æthera curru  
Mirati uidere patres: oculisque sequuti  
Aera per purum: cæli discindier oras:  
Astrorumq; globos intro aspexere micantis:  
Seu qui uoce palam porrecto que indice prodit  
Venisse auxilio iam tum mortalibus Agnum  
Ipse canam: Vatem quamprimum matris in aluo

E xultantem; & adhuc puerum ad deserta ferētem  
A ntra pedes; Purimox & Iordanis ad undam  
D ignatum caput illius contingere lympha:  
Q ui proprio antiquam nobis sic sanguine labem  
A bluit: ut scelerum maculas absternerit omnis.  
N omine cuius item tibi quōdam & moribus aucto  
D efuit haud unquam fauor; ac cælestis abunde  
G ratia; qua tantum meritis descendere culmen  
P osses; & Iustas Mundi regere unus habenas;  
M agnanimos æquans propria uirtute leones:  
P ontificum decus egregium iam sæpe repertos  
E sse; nec Italæ sub iniquo tempore: & usquam  
C hristicolis ullo prorsum in discrimine deesse.  
H æc sed erunt mihi cum dicendi facta potestas  
I am fuerit: dabiturq; loqui: quæ iussorū ipse  
S ancte pater; cuius nobis stant omnia nutu.  
I nterea certis hominum vis ulla ne possit  
I ndiciis Aurum facere; & mutare Metalla  
P ercipias primum. Dehinc quæ secreta laboret  
A rsid perficere; & Naturam æquare potenti  
I ngenio; inspicias. Demum quis rite sequatur  
H inc modus assiduis doctisq; laboribus artem  
P eruideas; & quo tandem experientia ducat.  
O mnia quæ gnaro passim tibi certa patebunt:  
S i quo hæc inter se nexu: quóue ordine constant:  
I pse acie: qua cuncta soles discernere: Mentis  
I nspectans: paruum non dignabere munus:  
Q uod tibi non parua offerri super Arte laboro.

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI  
CHRYSOPOEIAE:  
LIBER PRIMVS.

**H**V mana experiens naturæq; æmula uirtus  
A urum num uere faceret; qua fideret arte:  
Q uis ue modus foret; est animus quærenti-  
bus ultro  
D icere:quaq; palam uestigia nulla Priorum  
A pparent: proferre pedem. Vos numina gressum  
D irigate; est hominum quibus experientia curæ.  
T uque adeo in primis: auro cui plurima Tellus  
S pargitur:& uasto uenas sub corpore condit  
S yderei succo plenas meliore Metalli;  
P hœbe ades,& tecū accelerans non passibus æquis  
A lma soror: grauis argento cui sæpe fatiscit  
O rbis item: summaq; ostentat brachia terra  
C andoris grato æthereifucata colore.  
T u quoq; nec cœptis Cyleni audacibus usquam  
D efueris: tibi nām puro de fonte perennis  
R iuulus argentum: Vulgo quod uiuere dicunt:  
S ufficit:& tantis præstat primordia rebus.  
D eniq; tu pater ignipotens: quem feruida flammis  
A ntra iuuant: tentisq; expressæ follibus auræ:  
F ornacesq; incudesq; & liquefacta caminis  
M assa æris ducti aurisq; electricis recociti  
I niictum exercent semper: Tu maxime præsis  
A rtifici Vaticis simul tua facta canenti.

N il sine te solers Ars incohatur: Eia age sanctum  
C oniugis ut tecum perget descendere numen  
E ffice; quam penes est generandi plena potestas.  
H æc mihi ne cursu naturæ auertar: & usquam  
D eclinem: ostendet quot constent cuncta: quibusq;  
P rincipiis: quæue hinc ineunda est semita: quætus  
S it modus: ut certam capiant humorq; calorq;  
T emperiem: cuius suavi perfusa uigore  
O mnia: perpetuo fœtus in sæcla propagant.  
T u molli è gremio surgens uxor is amatæ  
A rte pari prouersus genitalem imitaberis ignem.  
P er te sublimi pendent in uase Metalla:  
P er te eadem triti specie sub pulueris imo  
F undo hærent: eadem per te calefacta liquefcunt.  
T u mihi: tu lendum solus pater alme calorem  
I ntendes: & cum tempus dabit: ipse remittes.  
T u princeps operis tanti: Tu carminis esto  
P rincipium: feruens Dulcis mihi spiritus oris  
E xtet: eatq; uirum per te Vulcane per ora.  
N ectu non faueas tantis æquissima Votis  
P risci perpetuum sæcli decus Heroine:  
Q uam circū exultat laudata ad flumina Nymphæ  
M inciades: Phœbiq; chorus comitatur euntem:  
A ut fouet Andino recubantem in gramine Mantò  
L æta trium nodo Neptem complexa sororum:  
S ic mihi iam gradibus crescent incepta secundis  
N ec rerum series illis: aut copia deerit:  
E t sua scribendis accedet gratia rebus,

I mmenso primum caeli quodcunq; sub orbe  
S eu simplex fertur corpus: seu corpore constat  
M ultipli: tendit sobolem proferre: diuq;  
Q uaq; potest: augere genus: speciemq; tueri.  
N anq; ubi materiem sparsus comprehendenterit ignis  
V ictor agit flammis: Donec conuertat in ignem.  
I nficit humectatq; liquor: nec deficit usquam:  
Q uin in se quicquid tetigit: ni maior ibidem  
V is obstet: uertat: tenuesq; effundat in undas.  
S ic aer: sic terra sibi conferre laborat  
V ndiq; sic longo cuncta in se tempore transfert.  
A t quæ compositis constant: quæcunq; feruntur  
V iuere: de propriis uel semina stirpibus ædunt:  
V t fecunda Ceres: ut germe nō fertile Bacchi:  
V el sibi consimiles natos Animantia gignunt:  
V t bellator Equus: Bos ut bene iunctus aratro:  
V t que Hominum proles mira & cælestis origo.  
H æc inter uariant: quæ nec primordia rerum  
E xtant: quæq; frui uitali sorte negantur:  
V t media quæcunq; sedent tellure Metalla:  
Q uiq; latent miro grati fulgore lapilli:  
N ullo nanq; genus sobolem ue augere putantur  
S emine: sed cunctos æui torpere per annos.  
V erum hæc ipsa etiam secreto uiuere quiuis  
S entiat: & uitæ diuino munere fungi:  
H æc & oriri eadem si contemplabitur: & si  
A ugeri ex fæse: penitusq; increscere cerner:  
V t mox euariis patefactis nosse licebit.

Q uod si non sbole m educunt: non cætera uertunt  
I n semet: causa est: quod multa spiritus illic  
M aterie abstrusus: uitam qui porrigit omnem:  
E xplicat ægre ex se uires: ni uiuida promat  
H as hominum uirtus densa sub mole latentis.  
H oc etenim quicquid diffunditur undiq; cæli  
A eraq; & terras & lati marmoris æquor  
I ntus agi referunt anima: qua uiuere mundi  
C uncta putat: ipsumq; hac mūdum ducere uitam.  
A stanimæ quoniam nil non est corporis expers:  
M undus at: & mūdi partes quoq; corpore cōstant:  
S piritus hæc inter medius fit: quem neque corpus:  
A ut animam dicas: sed eum: qui solus utroque  
P articipans in idem simul hæc extrema reducat.  
H ic igitur maria: ac terras: atque aera: & ignem  
V iuere que: augerique: atque in se cuncta referre  
S emper auet: lempers stirpes: animantia semper  
G ignete: perpetuamque sequi per sæcula prolem.  
D enique sic etiam fuluo detentus in auro  
I pse manum cupit artificis: qui uincula soluat:  
E t qui se propria reddat uirtute potenter.  
Q uod si quis properas hunc artis uiribus unquam  
E xplicet: atque diu tepido post incoquat igni:  
C ontinuo aspiciet: uisu mirabile: uitam  
A uro impertiri longo cum seminis usu:  
N ec deerit: quin ex auro sibi procreet aurum.  
Q uod cum ita constiterit: durate & credite dictis  
I ntenti artifices: & res sperate secundas.

I am patet his; ut non tatum sub montibus aurum  
Natura efficiat; sed ut id quoq; prodeat arte  
Quoq; modo id fieri possit: quandoq; docebo.  
Interea: ne quid nobis querentibus obstat:  
Quo minus his adhibere fidem sit forte necesse:  
Quæ contra soleant dici: nunc omnia soluam.  
Mox eadem ualidis grata experientia signis  
Impetet: & grauium sententia prisca uirorum  
Dilebit/referens quæ iam uidere parentes  
Ipsi oculis: manibusq; simul tetigere beati.  
Atq; hinc incipiens cuncta hac ex ordine pandam.  
Nil mirandum æque: quam si quod longa peregit  
Annorum series genitali semine cœptum:  
Audeat illud idem momento protinus horæ  
Ars facere: ac proprio naturam uincere cursu:  
Quem tenuit tanto in spatio per grandia terræ  
Viscera: summa eadem seruans uestigia ab ima  
Sede: per anfractus tantos: ac cæca per antra.  
Nec minus his mirum si quis primordia possit  
Scire: quibus constet puri genus omne metalli:  
Atq; ea componens: aurum dum conficit arte:  
Mensura exæquet: nec non & ponderet libret:  
Metitur quibus haec natura: & ponderat unis.  
Quid locus: an quisq; poterit fornace calorem  
Aequare: exiguis qui circunducta caminis  
Nunc loca terrarum perfertur: nunc petit altam  
Tellurem: mox & supraq; infraq; refertur  
Vetus: & inserto distendit cuncta tempore.

Q uis potis est unquam tanta omniparentis apisci  
M unera naturæ? quæ uis mortalibus unquam  
T anta fuit: non ipsi etiam: qui numina caelo  
D eiicere in terras conati: uellere ab imis  
I am potuere suis montes radicibus altos:  
I nuitæ auderent sacra in penetralia terræ  
T endere: scrutarique piæ secreta parentis.  
A dde: quod in uarias mutari corpora formas  
N atura haud patitur: neque enim uelocis equi bos  
I nduerit speciem piger: aut parnasia laurus  
I nse chaoniam poterit conuertere querum.  
N ec magis æs puro se commutauerit auro:  
Q uam si quodque etiam queat à quocunq; creari.  
H æc sunt quæ caelo missam diuinitus artem  
C onantur frustra indiciis tenuare pusillis.  
A tneq; scire opus est (q;q hæc sit noscere pulchrum)  
Q uæ quibus extiterint gignendis ultima rebus  
P rincipia: aut quali fuerint ea lance recepta  
I nnnumerum & pondus: neq; enim si farrea tractes  
S emina: constituant quæ far primordia quæras:  
Q uæ ue ea conueniant mensura & pondere farri.  
F arra sed ipsa putrimandabis condita terræ: et  
V irtutem latitantem intus seque mouentem  
I tritans tantum: naturæ cætera linques.  
N ec longinqua adeo spatiosi temporis ætas  
C onuenit huic operi: uires quo & promit ab auro:  
A cnon principiis è primis conficit aurum.  
Q uid si nobilius quoddam: quod præstet & ipsi

A uro: contendant proprio molimine summi  
P erficere artifices: apte cui nomen Elixir  
E xperti fecere arabes: uerique dedere  
I ndiciū: id quoniā in melius quodcūq; metallum  
D ucit: & infectum mira depurat ab arte.  
S ic neque spectandus nobis locus ille: calorque:  
Q uo calet inclusum semen genitale metalli:  
Q uique diu fertur specubus tellure sub alta:  
A stalio prorsum ducendit tramite gressus  
N aturæ pariter secessus inter & artis:  
Q ua simul ad metam prospectans utraque ducit.  
D enique nec speciem uertit unc arte putaris:  
A ere: uel argento duci si uideris aurum:  
S ed priuum hoc priuo fieri ex ære atque argento  
A urum credideris: ueluti si farris in agro  
I nfelix lolium & steriles nascantur auenze.  
A ut si forte boum uideas per uiscera toto  
S tridere apes utero & ruptis efferuere costis.  
A ut ut plura sinu molli simul oua puellæ  
R ite fouent: multus tenero sub pectori bombix  
P alpitat: & lecta nutritus fronde uirentis  
D ehinc mori: tenuis texto seuelleris orbe  
I mplicat: actandem pedibus munitus & alis  
P apilio de uerme pedes uolitans que recedit.  
Q uid si cuncta etiam sint uni subdita formæ:  
Q uæ specie uulgo perhibent differre metalla:  
E quibus extiterit quodcunque impurius: atque  
S ordibus infectum terrestribus: exuet omneim

A rte lucem citius: purumque nitescit in aurum.  
 A tq; ideo haud nescire opus est: qbus abdita terris:  
 E t quibus è causis sunt: & quot sorte metalla:  
 Q ua uarie primo fuerint distincta sub ortu.  
 S ed quis in arcanos terræ descendat hiatus?  
 Q uisue referre pelen possit loca tetra remensus?  
 V eridico uequeat farique uiderit ore?  
 V os musæ: quas nosse decens & dicere par est  
 O mnia: uos diuæ nulli me norata priorum  
 D icite: sic uobis ipse aurea uasa sacerdos  
 P rima feram: æternum sic aurea carmina durent.  
 L ynæus: ut fama est: uisu prælatus aucto  
 O mnibus: è summo siculo qui culmine montis  
 P œnorum in portus oculo contendere posset:  
 E t numerare etiam uersantis littore puppes.  
 H ic simul oppositas moles: simul ædita saxa  
 I nserta montes acie penetrabat ad imos:  
 A ltaque secrete spectabat uiscera terræ:  
 A era per purum ueluti: uitreas ue per undas  
 A ut liquida quondam crystallo missa uidemus  
 S pestra: quibus rerum nobis responder imago.  
 O quotiens patrii residens sub rupe pachyni  
 T rinacia: nque omnem supra speculatus & infra  
 A etnei causas ignis motusque uidebat.  
 Q uis simul ac tanta uise procul omnia sensit  
 C ernere: non ultra cunctandi certus: & alte  
 P rouidus: externas animum conuertit ad oras.  
 E rgo ratem certa plenus spe magna uidendi

C onscendit: pelagique deos in uota salutat.  
S icanio uerum portu uix soluerat: ecce  
C umfera tempestas celi que marisque legentem  
G raiorum ob portus/Epyri uertit ad urbes.  
H anc Arethusa illi nymphas hortata marinas  
I mmisit: nymphisque etiam adnitentibus ipsis  
E ttotum ex imo passim miscentibus æquor:  
N anque illas metus in thalamis ne forte uideri  
A equoreis possent inuaserat æquuis: & omnis  
T um chorus obscura septum caligine cælum  
T exerat; ac noctem nautis obduxerat atram.  
H inc ille aerii properans it proxima Pindi  
C ulmina spectatum: neclongum tempus: & omnis  
I nterioris Rhodopes: Hemi: Tomariq; cauernas  
F ontibus irrigui centum procul inde uidebat:  
O raque cernebat terræ in penetralia centum.  
Q uin Pindo exoriens aderat Achelous ab ipsis  
S edibus ante oculos & ab imo uiscere lynceo:  
A ltera qui longo retinet taurina recessu  
C ornua: seque alte exporgens immensa per antra  
O cculit Herculeæ metuentem uerbera clauæ.  
I lle etiam lento præcelsa ceraunia passu  
C ircuit: & uisu simul interiora petiuit  
O mnia: mox graæ uariis in montibus oræ  
C onsedit: penitusque cauis rimatus inhesit  
O btutu specubus: mirandaq; plurima primus  
V idit: & hæc eadem nobis memoranda reliquit:  
Q uæ dum aliis ad nos olim delata uicissim

P rodimus; ante omnes hæc intro prorsus ab illis  
S pectari cupimus; quibus alto in pectore Pallas  
I nsidet; atque illic scitu pulcherrima uersat.

P rincipio locus & sedes decreta metallis  
G ignendis: terræ est imum atq; immobile uiscus  
M armoreæ in morem pateræ sub montibus altis  
E xcisum; uelutiq; cauo sub fornice clausum;  
Q uo solis radii penetrant; crebrique feruntur  
S yderei innumeris etiam fulgoribus ignes:  
C ollectumq; coquunt humorem: ac iugibus inde  
S axa per & rimas loca cuncta uaporibus explent.  
A stubi continuum passus uapor ille calorem  
C onfudit; nec iam secreta per antra uolutus  
A mplus; immensos post tandem induruit annos;  
H æret in expletis uenis informe metallum.  
N anque liquor partes terræ dispersus in omnis:  
E ttenuis mixtus tenui; lentoque calore  
C ompositus: quondam fugiens & pinguis & unctus  
E xiit e uastifundo crateris ab imo:  
S ulphura ubi argento feruent immixta perenni/  
A rgento fluere insigni uitamque per æuum  
D ucere; queis primis gignuntur multa duobus.  
H ocmatri: patris illud enim uim continet; huius  
S uscipere; illius pars est præbere calorem.  
H inc fului species Auri pulcherrima fulget;  
H inc nitet argenti candor: rubet ærea uena;  
F erre a nigre scit sub apertum: plumbea pallat;  
A lbicat at stannifacies imitata colorem

A rgenti; pondusque ferens; nisi strideret; æquum.  
I n primis igitur cupidis mortalibus aurum  
Q uæritur ingentis inter uariosque labores;  
P erque laborantis manifesta pericula uitæ.  
N anque ferunt Indos; regio qua uergit in Arctos;  
T endere furatum cumulos; quos eggerit auri  
F ormicarum ingens manus; at non segniter illas  
E xire; ac contra stare; & fugientia paſſim  
V nguibus & rostris lacerare; & figere terga;  
A usfugiat quanuis celeri gens illa camelò.  
N ec minus aut scrobibus curæ; uastisue ruinis  
H esperii impendunt; si quando è montibus aurum  
E ruerint; neque enim nunc quæ ramenta ferantur  
F ulua tago; expediam; sed quæ maioribus illi  
S ubstineant subiecta laboribus; atque peridis  
I nnomeris; & quæ uincant opera ipsa gigantium.  
N am steriles magno primum conamine montes  
E xcindunt; penitusq; petunt; qua nulla dabatur  
S emitæ; per cuneos accensis uiscera lychnis.  
A tque imas nulla phœbi sub luce cauernas  
N octes atque dies penetrant; omniq; recessu  
E xpolorant aditus; humerisque excisa uicissim  
E xportant; traduntque aliis longo ordine primi  
P er tenebras; donec lucem qui percipit unus  
E ggerat extrema pondus ceruice receptum.  
A st illos prædura silex si forte moretur;  
Q ualis iam pœno rupes se se obtulit hosti;  
D um serus aerias in nos transcenderet alpes;

Hæc igni excoquitur tunc; & mollitur aceto;  
Volvitur at picea circum caligine fumus;  
Etmiseris latitans compresso spiritus ore  
Obstruitur; uitamq; operæ sub fasce relinquunt.  
Atq; ideo cædunt ingenti pondere ferri:  
Et uacuos summæ reserant telluris hiatus;  
Quia uapor inclusus cuneis exhalet apertis.  
Nec mora: nec requies: quin multo fornice mótem  
Substineant totum: cum iam maiore peracta  
P arte operis: cædunt extremæ fornicis arcus;  
E trima signum præbent: quam per uigil unus  
A erio montis residens in culmine sentit.  
Hic ictu: aut clara reuocari uoce repente  
Cum famulis iubet artifices: ac deuolat ipse  
Pro rotinus: ingenti strepitu longoq; fragore  
M ons cadit: humana nequeat qui mente referri  
Conceptus: quantumq; obtusas occupet aures:  
Aut incredibili quam compleat omnia flatu.  
Illi naturæ gaudent spectare ruinam  
Victores: neq; adhuc illinc educitur Aurum;  
Nec sciueret iam tum: cum fodere: uel ante  
Eesse: sed una illos ad tanta pericula duxit  
S pes inuicta omnis per casus: perq; labores.  
Sed qd in his tātū morer: aut quæ mira supersunt  
Præteream: nihilo cum sint his forte minora.  
Est deinceps aliud fessis studiumq; labosq;  
Quo tantam expurgent immisso fonte ruinam;  
Iamq; igitur summo præcelsi è uertice montis;

Q ui reliquos longe superet: centesimus etsi  
S eparet hunc lapis: huc immissa canalibus ampla  
F lumina deducunt tanto currentia tractu  
D esertas inter ualles: perq; inuia saxa:  
R upibus excisis: trabibusq; inserta cauatis.  
E rgo omnis uario concursu protinus unda  
I n mare colligitur uastum: quo deinde recluso  
E rumpit tanta ui torrens: omnia secum  
V et trahat: ac latum terræ prouoluat in æquor.  
E xcipitur tendens uariis hic deniq; fossis:  
Q uas illi passimq; cauant: sternuntq; gradatim.  
E st Vlex asperq; frutex rorisq; marini  
P ersimilis: retinet crebris qui stirpis aurum:  
P ropterea includunt tabulis latera omnia: & ipsis  
A lte suspensis ita: per prærupta canali  
I n pelagus tendunt uada è tellure lacunæ:  
Q uod supere rest: ramis innectitur ulicis aurum.  
N ec labor ille etiam tenuis: cum flumina tentant:  
E t graibus dites cribris agitantur harenæ:  
A ut operosum æque quicq; quis proferat: ut cum  
E ffossis alte puteis quæcunq; latenti  
E ruerint penitus fundo: tunduntq; lauantq;  
V runtq;: in tenuemq; molunt diducta farinam.  
H iquoq; iam fuerant Ital's quandoq; labores  
F lumina per: puteosue etiam: montisue ruinas:  
I talia dum patuit priscis exercita tellus.  
C ui post quippe pia lege interdicta pepercit  
A uris sacra famæ: neq; enim exhaustire metalla

I taliae parca & prudens est passa uetustas.  
N ec foret hac etiam regio fœcundior ulla:  
Q uæ uemagis flueret uenis nunc iugiter auri:  
I psa diu cum tot fuerit non hausta per annos:  
S inon mortales inter discordia; si non  
M ars eat hos inter uexans immania corda:  
S ed contra ditare orbem si regibus una  
C ura sit: & populis ditato fungier orbe:  
P acis opus:qua cuncta uigent inuenta per artes  
I ngenuis aptas animis: quas inter haberi  
N on imo dignata loco fortasse putanda est  
I psa hæc:quæ grauidæ scrutatur uiscera terræ:  
D iues ubi pateat latebris auraria cæcis.  
H ac etenim reliquis preciosius arte metallum  
E ruitur:meritoq; id cunctis nomine præstat.  
S eu color inspicitur gratus: quo sydera fulgent:  
S eu lensus facilisq; tenor:quo cedit in omnis  
P artes: seu pondus rerum superabile nulli  
P enditur:aut uniuersitatem nil deperit auro  
I gne:uelut solum consumit nulla uetustas:  
A cneq; rubigo:aut erugo conficit ulla:  
C uncta adeo firmis illic compagibus hærent:  
S ulphur ubi ardoris posita pinguedine causam  
P erdidit:& fluidi:quo non uelut ante:uaporet.  
A clongo interea decoctum tempore pura  
M undicie:& clara perfusum luce nitescit.  
A tq; ita temperiem summam radicitus humor:  
E t calor exæquantilli; pariterq; colore m

P erspicuumq; ferunt. argento nec minus ipsi  
V iuo etiam terræ partes miscentur in omnis  
P rorsus aquæ partes nullo discrimine iunctæ.  
H inc calor argenti nec non & sulphuris una  
P erspicua inter se denset corpuscula paruo  
M ulta loco: simul unde color pondusq; resultat:  
E t longo constans illorum tempore nexus.  
H is è principiis poteris dignoscere certo  
O rdine: quo distent inter se quæq; metalla.  
S ulphura si fuerint lutulenta: argentaq; uiua:  
P rincipio: inficierat pariter quodcunq; sub ipsis  
G ignetur: magis atq; magis: quo non calor æquus  
C oncoquet: aut iusto quo iam maior ue: minor ue  
D urarit persistans multos coctura per annos.  
H incuariæ rerum formæ: quæ nomine quondam:  
Q uod sint sæpe simul: graio dixere metalla.  
S ingula seu propriam speciem sortita feruntur:  
E t diuersa aliis adeo distinctaq; persistent.  
S eu cunctis unum natura semen inheret:  
E t genere hæc uno sese specieq; tueruntur:  
N ec distant alio nisi quod felicius illud  
E xiit: hoc misere secum sordentia traxit  
P rincipia: atq; eadem costans non exuit unquam:  
V traq; cum menti sedeat sententia summis  
P atronis: neq; adhuc litem dissoluere iudex  
Q uiuerit incassum conatus: proxima ueris  
I ntuitus neq; adhuc: tantum hic natura recessit:  
A bdidit & grauium sese in penetralia rerum.

Hactenus obiectis tantæ rationibus arti  
Responsum: læto nunc experientia uultu  
Rodeat erroris expers: & nescia falli.  
Hanc quoq; seruitum perhibet uenisse Prometheo  
Post famulas: quas ille polo deduxerat artes:  
Atque diu illum opera famulantis nauiter usum:  
Verum ubi consenuit: tantum prudentibus illam  
Ipse uiris fertur moriens liquisse uolentem.  
Hos itaq; hæc certo docuit faciliq; periclo  
Nonnulla inter se immutari ex arte metalla:  
Nec tantum hæc: uerum fieri quandoq; per artem  
Vere aurum: argentum ue aliis exemptile rebus.  
Est lapis effossus Syriae pictoribus: auri  
Pigmentum uero quod & ipsi nomine dicunt.  
Fragitur attritus specularis more lapilli  
In summa ostentans auritellure colorem.  
Hunctu purgatum docte prius excoque multo  
Igne: per anfractus longos: qui dicitur usq;  
Quo redeat flammis in se uolentibus idem.  
Igne olim hoc Caii solertia principis aurum  
Fecerat: obryzon sapiens cui Græcia nomen  
Præbuit è rerum inserta uirtute receptum:  
Seu multo quoniam purgatum redditur igni:  
Seu nulla quoniam maculatum sorde renidet:  
Nec pigmentum auri fuit amplius ipse: sed aurum:  
Quilapis ante auritatum simulauerat auram:  
Aut ne forte nimis uideamus præsca referre:  
Carmine perpetuo nobis propiora canamus.

I ncrescunt hærentq; cadis simul undiq; crustæ:  
A lba quibus longo senuerunt tempore uina:  
H as meus Euganeæ gentis Schola tum decus imo  
A ccipit erasas fundo: costisq; uetusti  
V alis:& includit purgato fictilis ollæ  
I nnmedio: atq; luto testam circumlimit omnem:  
O bturatq; illi rimas: atq; obstruit ora:  
H anc deinde ardenti iubet in fornace diurno  
N octurnoq; calore coqui: qua uitrea feruet  
M assa datura olim uarias liquefacta figuræ.  
V erum ubi iam satis est ea uisa caloribus usta:  
P erpetuis: illam demit frangitq; repente:  
M oris ut est: spectatq; simul num protinus albet:  
E cteritur ueteris iam fex decocta lyei.  
I nterea sed enim: cunctis mirabile uisu  
S cintillæ: conspersa polo uelut aurea signa:  
I nnumeræ argenti miro in candore uidentur.  
S ed quid in alterius uisis moror? inq; relatis:  
A tq; aliena premens nunc per uestigia tendo:  
V idi ego qui tenues argentirite tabellas  
S pargeret & lateris contriti puluere: & una  
H uic uirides aeris squamas niueasq; perusti  
C ontundi micas salis iniungiq; iuberet:  
P uluereosq; aliis grumos è rebus aceruans:  
Q uas uetat & ratio: nec non ars ipsa referri:  
H æc ne fordentis uulgi uilescat in usus:  
I lla ut non ulli quæ sunt cælanda reuelet.  
M oxita compositis angusta in pixide lamnis

S ubiicere inclusas arcto sub fornice flamas:  
Q uales crediderim torrere ad tartara fontes:  
A ut ubi sulphureis diros premit ætna sub antris.  
A t postquam ardenti fuerant hæc cuncta camino  
T osta dies noctesq; nouem: tum demere massam  
F eruentem: deque ignis adhuc feruore rubentem  
A bluere algentis roranti aspergine lymphæ;  
Q uam simul in partis lima diduxerat acri  
E xiguas: phialæ secreta in parte locabat  
A rtificis mire ingenium: nam desuper undam  
F undebat: quæ mox argento excerneret aurum.  
T um uiridem sensim in laticem liquere uideri  
A rgenti uis illa prius compacta: sed imum  
V as auri seiuncta grauis ramenta petebant:  
T antus aquæ uigor est: tata illo in puluere uirtus.  
N ec forte apparet alibi concordia rerum  
C larius: ut ne stat quæ uix iungenda uidentur:  
S i quis particulas commixti pulueris omnes  
C ommutet: & uarios illarum existimet usus:  
Q uæ tamen hoc unum concordi ex arte tulerunt.  
N ec minus: ut rebus proprias discordia uires  
A uferat: ut molli tenuari dura liquore  
V iderit: atque breuis consumi protinus horæ  
M omento: & tenues effundi profsus in undas.  
L ympharum uero species haud traditur una:  
N anque alie quæcunq; hominum tellure metalla  
E rutaq; & durata manu si tangere crebris  
C ontingat guttis: eadem mirabile uisu:

A ut minuūt in frusta; aut in tenuem ocyus undam  
D ispergunt: liquidoq; docent assuescere fluctu.  
S ed tamen unum adeo uis hæc non inficit aurum;  
N à perstat simul in column: & simul omnibus illinc  
S ordibus ablutum confestim purius exit.  
E st etiam lymphæ illius; si credere dignum est:  
M ira quidem; & nobis non immemorāda potestas;  
Q uaè quodcuq; semel purum & sine labe metallum  
C ontigit; argenti tremula sub imagine uiui  
C ogit in alterius speciem formamq; resolui.  
Q uid quæ de ueteri guttatum stillat Iaccho?  
D einde simo in coquitur putri; lentoq; calore:  
D onec in ætherei splendoris uersa colorem  
A ccipit è summo cælestum corpore nomen:  
H ac quoq; dura ferunt certo mollescere ductu  
C orpora; quæ Phœbi uel quæ dignata Dianæ  
N omine: mortales rebus præponere cunctis  
I nstituere: quibus precii mensura pateret.  
N ectamen: hæc quanuis ita sint; immune putabis  
E sse aurum: certo quin ex humore fatiscat.  
A cris aquæ hoc etiam diræ uiolentia rodit:  
E t terit: & liquidas tenuatim uertit in undas.  
V erum hæc exiguum lucem tibi recta sequenti  
P ratulerint: ueri qua cernere culmina possis:  
Q uo te discussiens tenebras industria ducit.  
S unt aliae ex aliis querendæ fontibus undæ:  
I am quibus ex se: nulla ui: leniter aurum  
H umescat: nullo alterius ueniente liquoris

A uxilio: exterius propria soluatur in unda.  
H oc agite: hinc uobis summam perquirite laudem  
D iuini artifices; hæc nanc; potentia caelo  
C ælestis descendit aquæ: qua cuncta tuentur  
R obore se proprio: nec non producere foetus  
I psa sibi similes: & in æuum extendere possunt  
P rogeniem: multos fragilem durare per annos.  
N onne uides quanto secum natura tenore  
C onsoner: utq; modum generādi cōprobet unum  
S emper: & unius ui nitens seminis: uni  
S eruiat una operi: quod & unum nacta quiescat:  
N ec Bacchi si tenter opus: Cerealia miscet  
S emina: nec cereris si frumentaria quærat:  
P ingua cecropiæ tractat plantaria diuæ.  
O rdea cui cordi: demum serit ordea: ne tu  
N unc aliunde pares auri primordia: in auro  
S emina sunt auri: quanuis abstrusa recedant  
L ongius: & multo nobis quærenda labore.  
N ec maris immensi reputes: aut nubis aquosar:  
V elliquid fontis similem: quā quærere lympham  
I nstituis: neq; enim: quod tu obseruare memeto:  
I nficit illa: liquat ue aliquid: cum spargitur: aut id  
H umectat: proprius cui uenerit: arida nanc;  
P ulueris hæc extra in speciem se prodit: at imis  
V uida contusi liquet in penetralibus auri.  
H is olim ueteres intenti gnauiter undis  
I nportum rexere ratem felicibus auris:  
I gnaro sq; uiæ mediis in fluctibus inter

O bstantis scopulos frustra liquere natantis.  
H inc multa expertum; necnon & multa docentem;  
I nsula diuino Balearis munere misit  
A lma uirum: cuius miro uelamine tectus  
I pse liquor: quo cuncta madet; iam credere multos  
I impulit: ut Bacchi candens & limpидus humor  
P rincipia ablueret secretæ protinus artis.  
A t non ille quidem sentit: quæ dicere prima  
E st facie uisus: neq; tunc stillantia uina  
M iscebat: cum iam præstantilentus in urbe  
I nsubrum ternos residens feliciter annos  
F ecit inexhaustum pondus prædiuitis auri.  
A c sociis: quos ipse sibi conjunxerat: æquus  
D iuisit tenuem diuini pulueris offam;  
C uius in imensum quota pars traduceret aurum  
I ampridem quæcunque forent infecta metalla.  
H inc quoque cultus arabs uitreo de fonte liquorem  
D esertas inter ualles: præruptaque purum  
S axa super dicit: nemorumque occultat in umbra  
A ltorum: densis passim quæ uepribus horrent:  
A st alias tamen hic uenas ostentat aperte:  
V ber ubi emanat semper nec inutilis humor;  
E t te dum uariis immensa per auia rebus  
D etinet intentum: felices preterit undas:  
Q uas manibus quondam puris haurire solebat  
I pse: nec admiscens aliud: longumque diuque  
C ompositas parua leuiter fornace coquebat:  
V nde opera arcanæ naturæ occulta reclusit

S æpius: & grates diis immortalibus egit.  
S ic alii: quos experiendo maxima rerum  
V isere iam decuit summo quæsita labore:  
A ngustum per iter recto de tramite nunquam:  
Q ua prius ingressi declinauere: nec ante  
D esinere optarunt: licuit quam tangere lætis  
T andem exoptatum longo post tempore finem.  
H ocopus: hanc primum tātam mortalibus artem  
I nterpres rerum ostendit sanctissimus Hermes:  
N eclatuit tanto duxit quos munere dignos:  
E doctos sed iam docuit: penitusque remotos  
R ebus ab his: tanquam non dignos: terruit omnis  
N e peterent: quæ non unquam contingere possent:  
I amq; probos tandem accendens: ut quærere uellét  
Q uæ sciret: ueroque ipse deprehenderat'usu:  
A dmonuit paucis contentum pergere doctum  
A rtificem: tanquam natutæ rite sequentem  
C erta solo pressis stabili uestigia signis.  
Q uinetiam humano docuit de corpore pelli  
H ac omnes ualida morbos facilq; medela:  
S eruarique diu nitido cum flore iuuentam  
E tsenium placidos produc grande per annos:  
N ec sanctam uiolare fidem: nec fallere quenquam  
I lle potens sacri patitur medicaminis usus:  
H oc sed qui poterit diis adspirantibus uti:  
E t præstare etiam quotiens defecerit: ille  
P lurima contemnens: & seruantissimus æqui  
H incerit: & frugi: curasque eludet inanes:

E t dites supra gradiens ditissimus omnis:  
P auperiem simulabit ouans: ac s̄epe benignus  
P roderit: & miseris latitans succurret egenis:  
I nnocuusq; aliis sibimet gaudet adesse:  
E t facilem ducet momenta per omnia uitam:.

IOANNIS AVRELII AVGVRELLI  
CHRYSOPOEIAE LIBER  
SECVNDVS.

**H** Actenus auriferā secretæ Palladis artem  
Inuentā humana quōdam uirtute coegit  
Credere nūc ratio; nūc experiētia suasit,  
Iāq; ea qd possit; quo prudēs tēdere pgat:  
H inc canere incipiam: dextro modo numine Phœbi  
D ifficiles adeo factu: dictuq; per artes  
I ngrediar: uerbis addens & rebus honorem.  
T uque ades ó cultum Musis & Apolline pectus  
A nte alios olim cunctos diuine Poeta:  
Q uo duce secretum per iter procedere tantum  
I pse queam: ut propius Pimplei culmina cernens  
A lta iugi: ne quo interea per deuia ducar.  
I lluc nanq; animus certa spe ductus anhelat:  
E t fudit gradibus crescentis scandere famæ:  
N ulla æui quam longa queat delere uetus tas.  
I n primis niueo sparsus candore lapillus  
Q uæritur: aut longo contritus tempore puluis  
E niueo in liquidum uersus candore ruborem.

I llius infecto tenuis pars mixta metallo  
I nserit argenti subito; mirabile; pondus;  
E t speciem; uel si argento fit proxima uiuo;  
D edocet hoc fungiliquenti immobile uita.  
A truber ipso etiam puluis preciosior auro  
Q uodcunq; ex illis primum caleficeris igni;  
V ertet in immensum pondus tibi protinus auri,  
A tque ideo artifici maius nihil esse putato;  
Q uam quibus è primis opus id componere possit;  
N oscere; quæ ue prius capiat circumq; laboret.  
M ox ut naturæ se tum præbere ministrum  
S entiat; exemptum latebris cum nobile semen  
P roferet in lucem solers: iterumq; tenebris  
R eddet; & occulta seruatum pixide claudet.  
C umq; alimēta putri sensim dabit humida Massæs  
A gricola ut quondam telluri semine iacto  
S pargit rore leui tantum sipientia culta.  
N ec minus interea tepidum cum suggeret ignem;  
E t genitalem intus uim ui subeunte fouebit;  
V t calor interius solet exteriore iuuari;  
A c stomacho prætenta manus præstare uigorem  
V t ualet; utq; ægri uires releuare caducas  
A pposita exterius possunt fomenta medentum.  
N ec uarias specie res admiscebit; & uni  
Q uodcūq; obliterit iunctū; procul inde mouebit.  
O tardas adeo mentes; assuetaq; falli  
A rtificum uario rerum per inania ductu  
P ectora; cum duris quid mollia uina metallis!

Apta epulis; atq; apta bibis uauissima uina.  
Quid leuis humano missus de corpore sanguis?  
Quid lapsi è rosea flaua ceruice capilli?  
Oua quid? & lectæ summis in montibus herbae  
Conueniunt imis fosso sub montibus auro?  
Hic tamen expressam præcis torquentibus uuam  
Accipit; & phialæ postrema in parte reponit;  
Cuius in extremo rostrum connectitur ore.  
Hanc super ignitos cineres candente camino;  
Aut super undosum laticem feruentis Aeni  
Collocat; at tenuis fertur uapor intus; & hærens  
Ita petit; leuiusq; liquens it fusus in undas;  
Ardentemq; uocant lympham uitæq; liquorem;  
Vitreum quem raris effundit fistula guttis.  
Hic ergo ut multis uicibus stillauerit: una  
Collectus uarios tandem seruatur in usus.  
Præcipue uero: modico lente scat ut igne:  
Sue fimo incoctus nulla non arte tepenti.  
Fingitur oblongo uitreum uas ductile collo:  
Bina unde: exiles uelut ansæ: brachia pendent  
Concaua; quæ uentre uasis flectuntur ad imum.  
Hic igitur liquor inclusus cum summa per ora  
Fertur: continuo binas inclinat in aures:  
Ingenitus: repetitq; iterum: quas liqueratimo  
Fundo feruentis lymphas: iterumq; refertur  
Ad supra; atq; leuis nusquam ue quietus eandem  
Iterumq; uiam totiens: & mobilis idem  
Ipse in se sua per uestigia confluit humor;

D onec paulatim niueam densetur in offam.  
T enibus hæc tandem lamnis componitur auti:  
E t coquitur lento forsan; longoq; calore.  
V erum hoc ne; an ne alio quouis ea deniq; pacto  
C ommiscent(nāq; hoc haudest exquirere nostrū)  
I ncassum cuncta exercent: frustraq; laborant.  
N am specie diuersa simul dum iungere curant:  
A ltera ut impedian primo mox altera motu:  
E fficiunt: ullo ne possint tempore quicquam  
A edere: quod per se natura constet & unum.  
N anq; ita principio statuas cuncta esse sub una  
R e: quibus hic opus est: nihil ut quæsiueris extra:  
P racipue humorem: qui sese iugis abunde  
S ufficit: atque intus seruat: dum prodeat illud:  
Q uod cupis: & gigni tanto conamine certas.  
Q uinetiam duplcam scito uim intrinsecus esse:  
E t: quæ semper agat: & quæ patiatur: ut una  
F œmina: masq; agitent: ueluti cum pullus in ouo  
C rescit agente qdem hoc: atq; hoc patiēte uicissimi:  
E xteriorius tantum miti atq; fouente calore  
A diutus: neque tu quid conuenientius ullum  
E xemplo hoc credas: neq; quod me iudice semper  
A crius inspectes: atq; ad quod cuncta reducas.  
A stalius puro uarias de sanguine partis  
E licet: atq; adeo ductas elementa uocare  
I nstituit: tanquam possint ea forte uideri  
S implicia: aut tangi manibus: secreta uel usquam  
E sse: uel includi quoquam: quin protinus omne

V as penetrant: duro quanuis adamante peractum  
I dfuerit: simplex neq; enim consistere corpus  
P arte potest orbis uasti uiolenter in ulla:  
S ed propria tantum gaudens in sede quiescit.  
S ic s̄epe ex aliis rebus: sic s̄epe seorsum  
Q uattuor è tonsis ponunt elementa capillis.  
A t non sic natura potens hæc segregat unquam:  
S ed miscet potius simul: & confundit eodem  
F rigida commutans calidis: humentia siccis:  
A tq; ita corrumpit solidum: nec diuidit ulla:  
I n partis: seruans genitalem seminis illi  
V im: qua corrupto corpus de corpore gignat:  
N anq; ex quo qcquam genitū est: id putruit ante.  
Q uid qui conatur quæsitæ longius herbae  
I nualido aufugiens argentum sistere succo!  
I dque gelat: duratq; simul: sed figerent nullæ  
A rte potest: iictu quo molli ducere possit.  
A t non quod solidum faciat: uel ductile: tantum  
Q uærendum est: sed quod uideatur posse priorem  
A uferre: atque illi defecto inducere formam  
M oxaliam: & puri speciem donare metalli.  
S ulphura quid memorem longo detersa labore?  
N itraq;: purgatosq; sales: tostasq; lyei  
L ongæui feces: uel quæ atramenta calenti  
A ccensa effundunt guttas è uase rubentis:  
H inc soluunt: iterantq; uices: ac s̄epe resoluunt:  
D eindelauant: iterūq; terunt: mox figere tentant:  
I n calcem uertunt etiam: missōq; uapore

I n sublime ferunt tenuati corporis auram.  
C ompositos uaria uideas hinc lege caminos  
I nnumeros: totidemq; luto lita uitrea uasa.  
Q uæq; sibi uertit faber argentarius usu:  
S ordidiusq; aliæ quicquid fabrilibus artes  
E xercent curis: nostri arripuere: suisq;  
I nsani asciuere laboribus: atq; ita semper  
S ulphur olen: semper faciem fuligine tincti  
H orrendas atra simulant ab imagine laruas.  
N ecmiseram magis affirmes ueraciter ullam  
A item aliam; q; quæ externis Alchimia uerbis  
D icitur: obscurisq; tegens ambagibus errat  
A uia per: miseroisq; trahit per iniqua sequentes:  
A ct tandem ejectos in coeca barathra relinquit.  
V t uideas quandoq; bonum sua prædia ciuem  
V endentem: patriasq; domos: mercesq; repostas:  
F ornaces inter uersari: ac follibus auram  
C aptare: in tenuemq; nefas: conuertere fumum  
R em: dubias dum querit opes insanus: auitam.  
D ifficilem interea coniunx mœstissima uitam  
P rotrahit: illa chrymant nati: fit sordidus ipse  
E lauto: ludusq; patens & fabula uulgi.  
Q uare agite exemptam tenebris hac cernite lucem  
M ortales: coecisq; uiis auertite gressum:  
A c prohibete nefas tantum: & depellite uirus:  
I nfectum quo uulgas iners se posse per artem  
D iuinam miscere manus putat: abdita rerum  
Q uæ ualeat & causas adeo spectare latentis.

Hanc non impuris manibus fraudator auarus  
Attингат: decocto item: quisquis ue fabrili  
Arte ualet: mollis ue etiam: cui perdita cordi  
Ocia: mercator ue uagus: uel deditus urbi  
Cuius: & incumbens telluri aruisq; colendis:  
Et qui multa animo presertim & magna minetur;  
Vel si quis similes hæc uulgo querere sueti  
Fraude mala tantum: uel habendi prorsus amore,  
At sapiens: superos in primis qui colat: & qui  
Noscendis penitus causis modo gaudeat: huc se  
Conferat: hanc totis sectetur uiribus artem.  
Hunc comes hærebit grauis exploratio rerum  
Intima naturæ passim uestigia seruans:  
Tum mora sollicitos cursus remorata sequetur:  
Eiusura olim stabilis patientia finem:  
Mox labor: ingenuosq; mouens industria gressus  
Haud aberit: uitreumq; feret uas scilicet unum:  
Vnum opus: atq; unam secum rem deniq; ducet.  
Illi igitur tanto comitatu septus inibit  
Longum iter: & lento per uadens omnia passu  
Continue miris oculos mentemq; repertis  
Pascet: & assiduum fallent spectata laborem:  
Donec in arcana tectos tellure recludet  
Thesauros ignotum argenti pondus & auri:  
Eloquar: an uulgo prorsus non credita uersu  
Expediam primus: nec erat cum talia coepi  
Iam fari: mens ista mihi: sed compulit ordo  
Intege: ut dictis etiam maiora reuelem.

*de gemmis*

I lle ergo ulterius procedens: ultima rerum  
S ecreta inueniet: queis se natura peractis  
O blectat: gemmasq; pari confinget ab arte.  
A cnisi dicendis superercent multa metallis:  
G emmarum forsitan causas: sedesq; referrem  
S epositas: quibus in specubus natura beatis  
L uidit: & in nulla magis hac mirabilis usquam  
P arte ualeat summas uariando promere uires.  
P er spicuæ ut tellus lymphæ commixta minutim  
P ura ferat gemmas: ut cælimotus: & ardor:  
S idereusq; situs certam præscriperit illis  
S edem gignendis canerem: nec gemmeus unde  
I rradiet fulgor: uariet color unde: tacerem.  
D uricies etiam unde illis inuicta: nec igni  
C edens: nec ferro: unde nitens distinctaq; miris  
I nterdum maculis facies: iam qualis Acathen.  
E acidæ ornarat Musis & Apolline felix.  
V os natura parens: nulla cui motus ab arte  
P rouenit: o Diuæ parua concludere gemma  
S ponte nouem uoluit propriis insignibus omnes  
O rnatæ: mediumq; simul considere Phœbum  
D eposito mitem cornu citharaq; canentem:  
H is ut testatum signis mortalibus esset:  
Q uo numero & quali semper prælatatis honore.  
F elicem tanto dignatum munere Pyrrhum:  
E tfortunatos licuit quibus ista uidere.  
*Adamantis* I ndomiti hinc uirtus Adamantis multa referri  
D ebuerat: Solis ut quondam Regibus esset

Cognitus: utq; uno tantum quæsitus in auro;  
Vtque actus ferro durisq; incudibus ictum  
Respuat: atq; etiam ferrum dissultet utrinq;;  
Diffilientq; ipsis incudes ictibus actæ.  
Vt prædura adeo uis hæc corrupta recenti  
Sanguine: calfactoq; hirci rumpatur: & ictu  
Cibro librantis grau iter per inania ferri.  
Vt lapis accessu Magnes Adamantis oberrans  
Ferrum declinet: uel inhærens abdicet idem;  
Irritaq; ut tandem faciat concepta uenena:  
Utpellat de mente metus Adamantina uirtus.  
Omnia quæ quondam fassa est uidisse uetus tas  
Credula: nanq; horum forte experientia Priscis  
Certiior arrisit: quæ non ostendere sese  
Qui uit adhuc nobis: seu non genus illud in auro  
Congenitum pateat: seu sic: ut pleraq; falso  
Uncalia: hoc etiam non uero nomine dicant  
Artifices: ideoq; ipsa re prorsus aberrent:  
Quo neq; quæ ueteres super his scripsere fatentur  
Esse: sed in dubium reuocari tradita posse  
Ipsa hæc contendunt manifestis omnia signis.  
Nec uirides etiam fas hic transire Smaragdos  
Indictos: neq; enim color est iucundior ullus:  
Quam quo se tellus horis genitalibus anni  
Vestit: & ostentat uultu meliore uirentem.  
Utmagen il uiret his: nihil est quod cōpleteat æque  
Contuitu his oculos: satiet minus: ipsaq; multo  
Obscurata acies intentu protinus ipso

vinclis sano  
regol.

- A spectu uiridis claret recreata Smaragdi.  
F ulgurat ut picto uiola Carbunculus igne carbunculus.  
M ox etiam canerem: uariusq; ut fulget Iaspis. Iaspis.  
C oncolor & fuluo radiat Topatios auro. Topatios.  
I nnumeratq; alias specie: uel nomine tantum  
D iuersas coepio memorarem carmine gemmas.  
V erum haec iam satis est leuiter tetigisse uagatem;  
A tque aliis monstrassem uiam: qua tendere perga:  
S i quos forte iuuat naturae occulta subisse:  
H ac eademq; palam dulci fecisse camœna.  
N unc age materiam: tantæ quam præstitit arti  
N atura: expediam: ne quis perferre labores  
I ncassum studeat tantos: sed grandia uitet  
D etrimenta: quibus uesani sæpe tenentur  
A rtifices: longe primis dum rebus aberrant:  
Q uas capere: ac solas illos seruare decebat.  
E st lucus summo secreti in uertice montis:  
F ons ubi decurrit nitidis argenteus undis:  
E t specus exesum tendens aperitur in antrum.  
I ntus habet præstans diuino numine Virgo:  
R uricolæ Glauram prisca quam nomine dicunt.  
H uc densos inter uepres angustus & asper  
A ccliuisq; ægre perducit callis euntem.  
V estibulum ante ipsum speluncæ lœuis & aqua.  
P lanicies: non ampla tamen: horrentibus umbris  
C ingitur: ac fluuii ripis: & margine tophi:  
O bducta uiridimuscō spissisq; corymbis.  
I ngreditur uero si quis feliciter: omnem

C ontinuo labem humanam:mirabile dictu:  
E xuit:ac pondus subito mortale relinquit:  
E t purus penitusq; leuis fit spiritus illi:  
Q uiq; aditus lustret cunctos:agilisq; feratur  
P er cuneos:quibus in mediis sedet aurea nymphas:  
A ureus & circum thalamus:supraq; renidet:  
Q uin auritabulæ pedibus calcantur euntum:  
A tque ipsa ex auro splendet conflata supellex:  
T aruissis:ne qua titubes in montibus antrum:  
H ocpete:qui rebus tantis primordia quæreris:  
Q uodq; illic uisum fuerit preciosius:inde  
E rue:nec sumptu nimio:nec parce labori.  
N on tamen aut uiuū sulphur:tremulū ue repones:  
A rgentum:uel quæ undanti delata uapore  
E xit ab his primum putrisq; infectaq; uena.  
S ed purum atq; omni purgatum sorde metallum:  
A ccipies:cuius secreta in parte recessit  
S piritus:& crassa pressus sub mole latenter  
V ictitat:ac solui uincis:& carcere cœco  
E mitti expectat tenues effusus in auras.  
Q uæq; erat innato subsidens pondere moles:  
I am leuis assensu superas contendat in oras:  
D uraque mollescat naturam imitata per artem  
E ximiam:retro quæ per consueta reuerti  
I mperat:ut longo sese torpore recludat  
I nclusum semen:uegetantis more:nec intus  
A rdua constantis metuat iam uincula massa.  
Q uod tibi ne mirum ualeat quandoq; uideri:

P ullulat interdum proprii uirtute uigoris  
A uri perpetuum germen; ferturq; sub auras;  
N on secus ac summa fruticis tellure cacumen  
E xit: & inde sua ui se extollit; ut Istri  
A ccola felicis sape illud stirpibus herens  
C apreoli in morem nati circundare truncos;  
I mplicitumq; etiam saxis inuenit obesis.  
V tque agiles serpunt ederæ; lateq; pererrant  
A mplexæ lateres circum; Pariesq; fatiscit  
D irutus; ingressis rimas radicibus; atq;  
F rondbus; ac pretergressis latera obuia ramis;  
S ic topho inseritur crescentis uiuidus auri  
S urculus; atq; intus partis explorat inanes;  
E grediturq; illinc; & se diffundit in auras;  
A ut uarie illius summas complectitur oras;  
Q uasq; tenet solide conspersas purus inaurat.  
H inc duo præcipue: quæ uerset cura probati  
A rtificis: statuo. quid primum feligat: & quo  
S electum pacto moderetur: & aptius ædat;  
Q uo possit modico solui lentoq; calore.  
V trunq; innumeris prisci inuoluere tenebris;  
B arbaraq; occultis rebus coniungere uerba  
H aud dubii: centum statuerunt nomina: quorum  
Q uodcunq; incertam signaret remq;: modumq;  
M ultaq; quæ lepidi quondam finxere Poetæ;  
Q uæq; sacrorum olim ueri uox nuncia uatum  
P rotulit: his etiam uice sunt interpretis usi;  
S ingulaq; exposuere; atq; inseruere libellis

Ipsa suis patefacta; uelut cælantia pridem  
Artis opus tantæ: cum porro uana Poetæ  
Figmenta illecebris uacuas captantia mentes  
Commenti: multo fuerint diuersa loquuti.  
Qui uero incomprehensum & inenarrabile munus  
Iuinæ humanas aduentum prolis ad oras  
Præfati: haud quaquam parua hæc sensere sub ingēs  
O si illud tam magna sonans mysteria vates.  
Hæc tamen: haud nullis nostri suadentibus ausi:  
V el quod eos ea uana fides tenuisse putādum est;  
V el sua quod uariis iuuit cælasse figuris.  
Quin etiam huic uni: quo se mollire metalla  
Inuenere modo: cunctarum nomina rerum  
Imposuere: quod hæc cunctis uis insita rebus  
Hæreat: incipiatq; omnes: & compleat una.  
Cuncta adeo cunctis occultauere: neq; illi  
Ne quicquam interdum seriem abrupere loquédo  
Perpetem: & excursus interposuere uacantis,  
Ergo alte uestiga animis: & rite repartam  
Materiam rebus tantis per deuia sume.  
Nam non una tibi regio dabit: aut locus unus.  
Montibus at multæ spaciantur Oreades altis:  
Antra quibus cura est seruare: ingentiaq; intus  
Munera: iam quorum uenientes sæpe remittunt  
Participes: manibus puris & pectore si qui  
Accessere illuc: dites ubi pectine eburno  
Aurea perpetuo depectunt uellera nymphæ:  
Quæ prima heroum pubes rate sancta petiuit;

Nectimuit tantos per fluctus querere summis  
Tum ducibus dité sub Iasone & Hercule Colchon.  
Alter inaurata m̄ noto de uertice pellem;  
Principium uelut ostendit: quod sumere possis.  
Alter onus quantum subeas: quantumq; laborem  
Impendas crassam circa molem: & rude pondus;  
E docuit: neq; enim quam debes sumere: magnum  
Inuenisse adeo est: habilem sed reddere massam.  
Hoc opus: hic labor est: hic excentur inanes  
Artificum curæ: uariis hic deniq; nugis  
Se ipsos: aliosq; simul frustrantur inertes.  
Ennunc urentis latices: Bacchi ue liquorem;  
Nunc colidas miscent lymphas: quæ menstrua & ipsi  
Appellant: ueluti sint: ut quæ dulcia complent  
Pignora perfectis materna mensibus aliud.  
Dende coquunt lento spacio si temporis igne  
Assidue instantes frustra: longi q; laboris  
Præmia decepti tarde uentura morantur:  
Nam uarias rebus formas adhibere serendis  
Non puduit: quæ sic naturæ monstra repugnant;  
Hoc opere in toto præsertim: quod nihil æque  
Postulat: ac quod sit simplex: farragine nulla  
Rerum alia expletum: quam quæ tellure sub alta  
Continuo puri suffitu sulphuris: atque  
Comparis attractu uiui conflantur in aurum.  
Præparata est aliter alias: fortasse nec unus  
Est modus: una modo res ipsa & pura reduci  
In am liquido uideatur: & in se sola relinqu.

*edflat' puro*

*adorni. ignis*

A rs hic: sed proprius Naturam imitata: laboret;  
I llis ipsa suum constans Natura tenorem:  
A rtificis sed mota manu directa q; seruet.  
N anque ubi compactum ualida soluetur ab arte:  
E xpositumq; extra uenienti ui dabit ultro  
S ese opus: & certa fœcundum prole patebit:  
Q uod superest: ipsum secreta in sede locabis:  
P erpetuoq; calore: & longo tempore fotum  
E xercebis: & huic sensim sua pabula reddes.  
N ec graue decreti spatium tibi temporis esto:  
Q uicquid id est: certo nam prodit tempore quicquid  
E xoritur: donec perfectum circuat orbem:  
Q uo se uitalis profert in luminis auras.  
A c ueluti informis paulatim matris in aluo  
F ætus in augescit: paruuus dum fingitur infans:  
S ic locus exceptus dextre: cui semina mandes  
A urea: continue producens illa fouebit:  
D onec in optatos adolescent ædita fructus.  
T umq; ministrabis paruum crescentibus ignem  
P rincipio: hument eq;: & corruptentibus aptum:  
T emperiemq; illis: Mariæ quæ balnea distant:  
I nter & humorem statuæ interq; calorem.  
Q uodq; fiumum falso appellant: & balnea: tantum  
T u mitem ac proprium gignendis usq; tempore  
S uffices æquus: ne p; enim qui deficit: aut qui  
E xcedit calor: & medium seruare nequit: Sed  
A lternat uariatq; uices: hic profuit unquam  
N atis: aut certo nascendis tempore rebus,

quo fuit  
locuta ma-  
tria.

Materiam quoq; nec multam concludere parua  
P ixide curandum est; modico namq; ipsa calore  
H aud poterit resoluta suas expromere uires.  
  
I d quoq; non opus est; nam cum semel ipse beati  
P ulueris extiteris compos: non amplius optes  
A ut multum; aut ipsum rursus componere; namq;  
A ugebis quotiens ulli tibi uenerit usu.  
  
signo I llud nec parui facies; quod clara beatus  
coloni S igna dabit puluis tibi; cum manifestus haberi  
C ooperit; & uarios ostendet rite colores.  
S ed ruber in primis quanuis optabitur; album  
N ontamen excipies: quin & magni quoq; pendas;  
A tq; atrum: namq; hic operis tibi monstrat aperte  
P rincipium magni; secretæq; hostia pandit  
P rima uiæ: ignarum frustra qua uulgus anhelat:  
E tuaga multiuii callis diuertit in ora.  
I lle iter inceptum quōdam: propriusq; peractum  
I am medium; ostēdit; nec iam procul esse ruboris  
I ndicium: gaudet; cum uis humana propinquum  
A fflore opus: quo non maius perfecerit ulla  
A rs ullis adiuta opibus; licet ipsa potenti  
N il non ingenio peragat: quæ sydera cæli  
S uspicit: atq; obitus signorum inspectat & ortus:  
C onscenditq; polum gradibus subnixa superbis:  
A c maris & terræ tractus metitur; & ipsas  
I nnumeras prorsus numero cōpræhēdit harenas.  
C ælestis etiam concentus uoce referri  
E docet humana; fidibusq; imitata canoris

A etherei septem tentat discrimina cantus.  
A rte etiam inuentæ leges & ciuica iura:  
A rte urbes constant claræ: sanctique senatus:  
A rte regunt reges populos: exercitus arte  
D ucitur: atq; etiam præstans Dux imperat arte.  
A rs & corporibus fessis diuina ministrat  
A diumenta: quibus reparant languentia uires.  
F ertilis & terræ cultus non abnuit artem:  
C um dura ac sterili tellus mansuescit arando:  
E t secreta prius crescunt uineta sub ulmis.  
H æc igitur: quæ nos inter uersantur ubique:  
T ractat: & illa etiam contemplans audet adire:  
Q uaæ procul a nobis tanto sunt ædita tractu.  
Q uin bene si reputes: arti pene omnia certæ  
A ttribuit genus humanum: nec dicere quicquam:  
A ut facere illius recta sine lege requirit.  
S alue hominum præsens simul & gratissima cura  
A rs grauium: seu te sancta de Pallade natam:  
S eu famulam potius dicam sub Pallade primam:  
N ang; ferunt illam proprium seruasse pudorem  
S emper: eam quanuis adamarit Lemnius heros:  
E x quo disiecit patris caput ipse securi:  
P rodiit unde ferox patrio dea prædicta sensu.  
S alue magna parens iterum: fœcunda uirorum  
A tque operum: tibi tot sacris è uatibus unus:  
Q uos æquo ad tantos gressu procedere riuos  
P ar erat: Aoniis ausim conspergere lymphis  
T antarum causas rerum calligine tetra

O bductas: atraſq; illis detergere fordes  
E tliquida ablutas aspergine ferre nitentis  
A nte oculos. ergo cum tu depræhenderis arte  
E ximia seriem tantam: & manifesta colorum  
S igna: procull longi speres promissa laboris  
P ræmia: nanq; tibi diuino munere puluis  
P ræsto erit auripotēs: parua qui quodq; metallū  
P arte sui purum subito conuertet in aurum.  
A cueluti modicus: si forte coagula desint:  
C aseus extemplo lympha resolutus & igni  
A dstringit plena liquidi mulctraria lactis:  
C ogit & alterius lac in se uertere formam.  
S ic argenta sacer puluis liquentia sistet:  
S ydere aq; auri specie donabit: ut omni  
P rætent: & nullo prorsus superentur ab auro.  
I pse etiam augetur puluis: ne forte labores:  
N eue iteres opus expletum semel: addere sumam  
V im licet: ut minimus tum puluis deniq; uiui  
I mmensam argenti ualeat conuertere molem.  
S eu leuis & nulla demum non parte solutus  
S piritus ingreditur longa in penetralia densi  
C orporis: & toto penitus se uiscere miscet.  
S eu potius longo concoctus tempore puluis:  
C ompressusq; diu: multumq; & sæpe reductus  
I nfese: proprium cogit densetq; uigorem.  
V tque croci exiguus pura flos sparsus in unda  
I mmodicum grato diffundit odore colorem:  
P lurima sic agitans contracto in puluere uirtus

**O** buia percurrit liquidi loca cuncta Metalli.  
**S** eu nulla hic ratio est hominum depræhësa sagaci  
**I** ngenio; quare uis paruo in semine tanta est.  
**H** erculei neq; enim lapidis si forte requiras  
**I** nuenies causam; qua ferrea uincula necat;  
**E** t trahat abiuncti pondus per inania ferri.  
**N** ec minus unde regat nautas; & uergat ad Arcton  
**S** pectantes parua clausum sub pixide sidus.  
**M** ulta tegit sacro inuolucro Natura: neq; ullis  
**F** as est scire quidem mortalibus omnia: multa  
**A** dmirare modo: nec non uenerare: neque illa  
**I** nquires: quæ sunt arcanis proxima: nanque  
**I** n manibus quæ sunt hæc nos uix scire putādum:  
**E** st procul à nobis adeo præsentia ueri.  
**N** e tamen haud speres artem perdiscere posse  
**D** ifficilem: atque aliis grauiorem: percipe iam nūc  
**Q** uæ dicam: & posthac alta tibi mente reserua.  
**Q** uæ sciri poterunt: ea primum sola putabis  
**C** ognoscenda tibi: dehinc ordine cætera disces.  
**I** n primis etenim rerum cognoscere causas  
**N** edubita: nam sæpe ferunt quærentibus illæ  
**S** ese ultro faciles: si quem uia recta reducat  
**C** ontinuis ad se gradibus: nec sistere detur  
**A** nte illi: quam se thalamo concludere possit  
**Q** uo se maiestas ueri ueneranda receptat.  
**I** lluc quæ fuerint fingendis prima Metallis  
**S** emina uisuntur: quæ ue his coctura serendis  
**D** iuersas adeo coniunxerit ultima formas.

Nec minus apparet ratio:qua posse Metalla  
Ipsa uices præbere suas:alienaq; ferre  
Imperia:aspicitur:necnon & gignere:si qua  
Ars iuuet:atq; manum Naturæ porrigat almæ.  
Quin etiam ut sensim madeant:& mollia perstent:  
Magnum opus:& quo non credas operosius ullum  
Sile aliud;nec quo magis ars se maxima iactet.  
Præterea haud aberit longe:quin cætera de te  
Percipias ipso:nam uinclo iuncta tenentur  
Cuncta uno:hincq; modus lœti depræheditur ignis:  
Et locus:atque decens lapidis mensura futuri:  
Et color optato uarie sub puluere fusus:  
Quoq; modo augendus:deerit si forsitan ante  
Conditus:& multo durarit tempore puluis.  
Omnia quæ lœto passim tibi certa patebunt:  
Si rerum seriem longo seruaueris usu.  
Et quandoq; probus non dignabere forsan  
His equidem dignas meritis persoluere grates:  
Qui procul ignari linquens ludibria uulgi  
Nunc iter ingredieris nobis ducentibus arctum  
Vsq; adeo:ut paucos capiat:paucosq; reuittat  
In columnes:crebris laceros quin uepribus omnes  
Id referat:nisi quos alta sub rupe relinquit  
Errantes cœcis in flexibus:unde nec ipsi  
Se unquam:mortalis ue manus miserata referret,  
Sed tune dubites sinuosa errare per antra:  
Cœca reges filo uestigia:quod tibi nuper  
Ostendi:ut tutus ferres;tutusq; referres

I pse pedem: quod si finem assequerere beatus  
O ptatum: Diuis ageretur gratia primum:  
D einde mihi; merito: tibi qui præsentibus illis  
C onsului: uerum si non contingere metam  
F orte darent superi: cœptum sed sistere cursum  
E sset opus: casu quo saepe humana laborat  
C onditio: at saltem falsi mendacia uulgi  
E xagitans: alios errantes cernere possis.  
I llud saepe etiam in primis: iterumq; monebo:  
N e: si rara tibi contingat gratia celo:  
N anq; aliunde sibi nemo sperauerit: ulli  
H anc uix insinues caro fidoue sodali:  
N edum aliis reseres: ea nec te noscere iactes:  
Q ua scieris: uerum secreto in pectore seruans  
T ecum habita: & tecū tantū ipsa arcana reuolute:  
N am suspecta probis ars ipsa inuisa q; multis  
I nusos etiam cultores efficit artis:  
M endaces adeo multi quacunq; uagantur:  
M ultaq; polliciti uane: quæ multa nec ipsi  
R esciuere: neq; est illis ea noscere promptum:  
Q ui recta: quæ nos ducit uia: prorsus aberrant.  
M ultos quinetiam insignes: & cætera doctos  
V idicuncta equidem tractare: & pendere magni:  
Q uæcunq; ignarum probat ac ignobile uulgas.  
Q uid: qui derident omnis: quæ maxima turba est:  
A rtifices: tanquam nihil hos intersit & illos:  
A tque uno pariter pendunt examine cunctos.  
S unt quisæpe petant: quænam sit causa quod usq;

A ut unquam tantos inter: qui talia curant:  
A pparet nemo; qui re miracula tanta  
C omprobet; iccirco nullam; quam dicimus; artem  
E sse; sed ingentis nugas; & inania mentis  
I nsanæ commenta sibi manifesta uideri.  
S ed quis tam fragili munitus robore pectus  
N on queat hæc ulli nunquam reseranda tacere?  
N am quem non prohibet rerum prudentia fari;  
Q uæ sibi continuo: fuerint cum dicta: nocebunt?  
T utus ab insidiis qua se uirtute tueri  
P osset; qui præ se ferret; se condere paruo  
D iuitias loculo ingentes; quibus undiq; regum  
E t regna assurgunt; & opes: opulentaq; cedunt  
O mnia; tanquam illis sint unis quæq; minora.  
T hesauros igitur tantos componere si quis  
I am potuit; mire sub amica silentia seruat:  
Q uod quoq; tu facies: neq; te desistere coeptis  
I dmoneat; nullos opibus quod talibus auctos  
V ideris; aut uulgo sese ostentare beatos.  
N ec quoq; te grauia hæc; atq; importuna retardet  
T empora: quæ nunquam miseri sperauimus ante:  
H ostis ut heu mites inuaderet has quoq; terras  
B arbarus; & longo seruatam tempore pacem  
P erderet usque adeo; nedum turbaret iniquus.  
N unc licet inuasas urbes; direptaq; passim  
O ppida; nunc turpis prædas; raptusq; nefandos  
A udire; & miseris iniecta incendia uillis.  
N aruisiam unde suam tristis flet Musa Bononi.

Turpatos etiam cultus: uiolataque fœdo  
Militate templa deum: sceleratè q; insuper uista:  
Et confusa simul diuina humanaq; tantum  
Bellum nefas: scelerumq; parens discordia nectit.  
Pectora quietiam diro commota pauore:  
Et concussa hominum paucis sic ante diebus  
Cernere erat: ueluti dirarum agitata flagellis:  
Vt sibi quisque nouas trepidaret quærere sedes:  
Collectisq; opibus propriis oneratus abiret:  
Atque solum linquens patrium se ferret ad urbem  
Reginam: magna qua cingitur amphitrite:  
Tanquam illo sub tuta forent tunc omnia cælo:  
Quo sese quondam fugiens electa recepit  
Genit Italum: ut paruis scopulis seruaret & unda  
Semodica: immensus totam cum exureret ignis  
Italiam: accensus sceua penè undique ab omni  
Barbarie: & multos duraret fatus in annos.  
Quare age quo magis hæc fortunæ subdita cernis:  
Quæ bona mendaci mortales nomine iactant:  
Illi aduersum uiolentos fulminis ictus  
Præsidio hoc stabili temet munire labora:  
Vt si forte metus pauidos inuaderet unquam  
Nos iterum horrēdus: quem Rex hominūq; deūq;  
In iustos potius conuertat iustus in hostes:  
Ipse tibi atque tuis & amicis commodus adsis.  
Nanke ubi diuinum secrete munus habebis:  
Diuinitibus cunctis opulentior ipse sub ala:  
Aptius: aut loculo quo quis: nulloq; labore

Q uo te cunque pedes: quocunq; in tempore tecum  
O mnia securæ gestabis commoda uitæ.  
A t si Pax iterum nos ex opata reuilest:  
Q uam prope iam: si quid ueri mens augurat: esse  
C redimus: & nobis missum diuinitus iri:  
Q uo potiore queas tranquillæ munera pacis  
E xercere modo: quam quo seu seria tractes:  
S eu tibi sint cordi lusus: & honesta uoluptas:  
V traque tum frugi possis tum iustus obire.  
N am neq; auaricies: neq; honorum insana cupido:  
N ec qui perturbant reliqui mortalia corda  
A ffectus: uarieq; mouent: & inaniter angunt:  
I llecebris poterunt ullis te uincere: tanto  
P ræsidio: ac placidæ mentis munimine tutum.  
S ed neque bellorum diri motus: neq; pacis  
A lma quies tantum moneant te querere causas  
R erū adeo obscuras: nec opes: nec cōmoda: quæ te  
P erpetuo quocunq; uoles tam multa sequentur.  
V erum id præcipue moueat: quod munere dignus  
H oc ipse euadas tanto: quo maxima possis  
I ntimaq; ingentum penitus primordia rerum  
N oscere: quas facile haud unquā Natura creavit:  
N i quis eam exterius iam nota adiuuerit arte.  
Q ua: qui scire queat: felix queat haud minus idem  
E sse: nec optandum quicquam fortasse relinquat  
P ræterea: quod non inuentis talibus ipse  
P osthabeat: lætusq; uelit fecisse minoris.  
M ens etenim arcanis solum contenta reclusis

Gaudet pars nostrum melior; nec plura requirit  
Cum sese in ueri secessus intulit altos.

IOANNIS AVRELII AVGV  
RELLI CHRYSOPOE  
IAE LIBER TER  
TIVS.

**P**rotinus optatos opulentii pulueris ortus  
Exequar; hāc etiā solertes sumite partem  
Artifices; Animoq; diu ueritate uolenti.  
Maxima iā uobis grauiū miracula rerū;  
Ingentisq; ausus; artisq; ex ordine sumæ  
Ignes; & spacia; & numeros; & pondera dicam.  
In magnis labor est; nec non par gloria; si quem  
Respiciunt placido præsentes lumine Diui;  
In sequiturq; ardens uelut inde accensa uoluntas;  
Ne uos difficilis rerum experientia turbet;  
Ne ui me dicendi nouitas ingrata retardet.  
Tu quoq; si qd adhuc tibi; quæ prælustrimus; almū  
Tentarunt pectus; uotis persæpe uocata  
Nympha mihi; dudum sacrificiæ fontis;  
Ex tremam tantorum operum ne desere curam  
Hanc nostram; oramus; Nec; si quæ maximus olim  
Illi tuus cecinit Vates ornantia supra  
Tellurem complexa foues; contemnere prorsus  
Inducas animum; quæ nos imitamur; & ipsis  
Illi us impressis quæ nunc uestigia signis

P onimus internæ scrutati uiscera terræ:  
N euelut ex alto penitus despecta refutes.  
Q uin uideas siqua pariles ea figere sorte  
C onamur paruo uadentes grandia passu.  
S ic eat æternum puris tibileniter undis  
M incius:& tenera prætexat arundine ripas.

P rincipio spontis propriæ: semotus ab omni  
S it cura:& uitam tranquilla per ocia ducat  
S ecretus: latitansq; etiam: cui talia curæ.  
I lli sit non ampla quidem: sed commoda multis  
T ractandis domus:& uulgo quæ abiuncta recedat.  
Q uaé q; locis habeat secreta cubicula certis:  
Q uo nullis aditus pate at: ni forsitan ipse  
I usserit huc famulos non nil inferre Minister:  
Q uineq; quid gestent norint: nec cuius in usum.  
H ic breuis æstiuua spaciante porticus aura;  
E t modica exceptum brumali tempore seruent  
A tria: contineantq; domi: nec paruulus absit  
H ortus: ubi uacuum toto se exerceat anno:  
E t uelut huic tantum studiose deditus instet:  
S emina nunc olerum properanti feligat ungue:  
N unc eadem excultæ telluri condita mandet:  
M oxanimum: atq; oculos pascat florētibus herbis.  
H uc etiam interdum dulcis admittat amicos:  
D iffimuletq; domi quid agat: gratoq; sodales  
D etineat lusu captos: suauiq; lepore.  
I nterea non ille tamen cessare calorem  
O ccultum sinat: Aurigerum si forte locarit

S emen; ubi proprios æui iam compleat orbes.  
A ut si id continuoq; igni: multoq; labore  
A bstrusum in uenis auri perquirere tentet.  
A tq; ideo haud ab re fuerit: quæsisse fidelem  
M uneris egregii socium: longiq; laboris;  
I nteriorē domus se qui tum parte recondat:  
I nque uicem partitus onus curanda ministret.  
E stetiam non illa quidem postrema beati  
A rtificis ratio: qua se commendet: & ipsum  
D iis opus æternis: neq; enim sine numine diuum  
H æcueniunt: neq; ad hæc ulli adspirare licebit:  
Q ui non rite deos studuit sibi a desse precando:  
I pse ego: qui tatum hæc tenui nunc carmine tento  
P andere: ter Musis feci pia uota: precesq;  
I ntendi manibus supplex: & pectore puro:  
V nde mihi insolitum cælo adspirare fauorem:  
P aulatimq; nouas in carmina surgere uires  
S entio: perque altos collis: atque auia ferri  
P er nemora incertus uideor: ducor sed auenti  
M ente tamen: quo fata ferunt: ut primus amœno  
E x Helicone sacra referam mihi fronde coronam;  
P rimus & Aoniis intexam floribus Aram:  
Q uæ mihi cum fuerit teneris erecta sub annis  
E t Phœbo: Phœbique choro: Genioq; potenti:  
S tat maris Adriaci secreto in littore ducta  
A dculmen: placidis qua fertur Ariminus undis:  
A ut rapitur torrens Vastum uiolentus in æquor:  
I nclyta dum subter Pontis monumenta uetus sti

P ræterit: & dulcis undas permiscet amaris.  
P ropterea incepas artis: operumq; labores  
P rosequar indictos prius: & fumantia circum  
T ecta ferar Diuum: tenues qui follibus auras  
C aptant: & liquido distendunt ære caminos:  
E tiam Cyclopum fremitus audire uidemur  
C ominus ingentes: cælumq; incudibus actum  
M urmurat: & longo Calybum stridore liquentum  
I nsolitusque mihi resonat mugitibus Aetna.  
**S** eu quis sementem faciendi quæritat Auri:  
S eu prius Argenti recte primordia poscit:  
N osse gradus primum uarios ne spreuerit ignis.  
S unt plures etenim: per quos procedat: oportet.  
S ed duo præcipue: Naturæ est æmulus alter  
T ranquillæ: ast alter uiolentæ conuenit arti.  
N ititur hic operum immensa ui trudere semen  
E solidò innexum miris compagibus Auro:  
C um prius: ut tibi mox reserabo: solueris aurum:  
R eddiderisq; humens: nec non & putre: subactūq;:  
V tfacile id ualido demum patiatur ab igne:  
E xhaletq; tumens: atque in sublime feratur.  
E xemptum souet ille: nec excedentis adurit  
T um uirtute caloris opus: frigere nec ante:  
P ermittit: quam se mite componat: & ante:  
Q uam sese propria perfectum sponte reponat.  
**H** ic mihi composita dedatur mente Minister:  
M agna etenim referam primū: tum plurima fando  
C ommodus expediā: quæ prisca & barbara turba

S ubticuit: quæ ue ipsam etiam cælasse uolentem  
C rediderim: aut uerbis nescisse potentius uti.  
H æc ideo lingua nunc illustrare latinorum  
A usus: quinetiam numeros his addere conor:  
G rata magis doctas ueniant ut missa per aures.  
I n primis aurilamnas: Ramenta ue puri  
A ccipiens: crebris contundes ictibus: atque  
P ulueris in morem triti: aut fluuialis harenæ  
D iminues: longumq; teres: quo denique putri  
• H umore ex sese interius resoluta liquecant.  
P roderit huc etiam largos infundere rores  
S eminis interdum proprii: ne forte alienum:  
V t docui supra: quicquam miscere labores.  
N i quod multa queat connectere: forsitan addas:  
Q uod ue etiam sparsum rebus communiter insit:  
N am simili gaudere suo simile omne putato:  
A tque etiam exterius simili quodcunq; illuari:  
P ræsertim cum naturam natura requirat:  
A tque amplexa parem contraria cuncta recuset.  
S ic quoq; non digitis: aut plectro pulsa: mouetur  
F orte fidis: tanquam fidibus tunc assonet ictis  
I psa: quibus fuerit concordi consona uoce:  
I n cunctis adeo rerum concordia pollet.  
Q uare id ne pigeat: quodcunq; est: querere cōpar:  
A ut ubicunq; latet: seu montibus abditur imis:  
V el maris eruitur scopulis: aut fontibus hæret  
I n mediis: alto uel se producit olymbo:  
S eu quacunq; patet: seu parte absconditur omni:

Q uicquid id est: toto ue orbis se corpore miscet:  
C uius præualida ui tam compacta resoluas.  
E rgo ubi iam humescent: angustiuasis in alto  
F undo compones ipsa hæc non ordine nullo:  
N anq; per æqua tibi maneant dispansa necesse est:  
V et calor ex æquo penetrans per cuncta feratur  
V nus: & ex omni compellat parte uaporem.  
N unc: quibus exceptum rebus componere possis:  
I nstituam: Vas illud: ubi perferre calores  
I mmensos opus est aurum sic rite peractum.  
E st genus indomitæ mirum telluris: hiberus  
Q uam fossor uitreas italum transmittit ad artes.  
H ac etenim Argilla fictis Vitrarius Ollis  
V itra liquat feruens: eademq; liquentia totas  
N octes atq; dies longo depurat in igne.  
H anc igitur primum creta compone tenaci:  
Q ua figulus currente rota surgentia profert  
V ascula: & his pergit gratas inducere formas.  
E st etiam euganeis Tellus in collibus atra:  
S ulphurei ad fontes Aponi qua semita ducit.  
N ecminus effossis puteis quandoq; subalba  
E ruitur: marmor referens persæpe uetus tum.  
Q uas ut tu cunctas unà coniungere cures:  
E st opus: atq; adeo manibus miscere subinde:  
V nam quo pariter possis inducere massam.  
I nde Scyphi speciem oblongi simulantia finge  
P ocula: queis etiam parua circundare zona  
O s summum studeas: illis aptentur ut alte

V itrea uasa super tenues capture uapores.  
N ec minor illa quidem fuerit tibi cura Camini:  
Q uo ualidum accendas ignem: multumq; diuq;  
A ccensum summa foueas industrius arte.  
H unc igitur dupliciti munitum pariete firma:  
C ompositoq; apte limo duc omnia circum.  
N ec mihi displiceat uincis præcinctus & ære:  
E t silice intectus dura: quæ tegmine ferri  
F ortior: hoc melius tanti uim perferat ignis.  
H anc quoq; continuo multoq; foramine comple:  
V ascula quo possis illic tam multa locare:  
Q uam multa est operi satis: & quam multa labori.  
H is ita compositis: cum primum accenderis ignem:  
A estuatis clausa rapidus fornace: feritq;  
V as recta inferius: totumq; ignescere cogit.  
A t proprio quondam species madefacta liquore  
A urea: quis credat: tamen hæc uidere periti:  
S oluitur: & spondæ paulatim uasis adhæret:  
M ox petere hinc sensim uitri conuexa uidetur:  
D uraq; quæ quondam fuerat: & densa: grauisq;:  
M ollis hebet: uolitatq; leuis: & rara fatiscit.  
Q uin niueo candore etiam fucata renidet  
P rincipio: mox cæruleo pallore repente:  
E tuiola leuiter tincto perfunditur omnis:  
Q uæ prius astrorum cæliq; imitata colorem  
F ulserat: atq; Auriflua perstebat in aura.  
N on tamen indicium facient hæc una: sed ipsum  
I llius interea licet obseruare saporem:

Hæserit os circum cum uix perceptus Amaror.  
Indicio est etiam sonus hinc obtusus; & aure  
Dprehēdi haud facilis; Nec nō odor haud grauis; et si  
Sulphuris extemplo paulum spirauerit atri.  
Quid; quod & interdū liqdam se fundere in undam  
Ipsa uidetur item; quæ sursum repserit offa;  
Vsq; adeo non grande semel mutarier Aurum  
Visum est; & superas ferri graue pondus in auras.  
Hic liquor est; qui si certo sit tempore lectus;  
Bina ministeria ex sese præstabit abunde;  
Iterum; ut hinc aurum proprii quādoq; liquore  
Seminis infundas; ipsum cum soluere primum  
Ceperis; & prima simul id contriueris arte.  
Iterū erit; quod cū hic docte imiscebitur humor;  
Foras itan aduectas indo de littore Baccas;  
Cum senio obductæ non nil pallere uidentur;  
Estituet quondam proprio candore nitentis.  
Aut ex arte nouas etiam; si forte cupido  
Idfacere incessit unquam tibi; fingere posse  
Perspicuo inuenies illo puroq; liquore.  
Quod si quādo sequens rerū pulcherrima; quoddā  
Egregium meditari opus; & componere uelles;  
Pulchrū æque haud quicq; nec tam mirabile possis  
Deligere; humanam quod tūc imitere per Artem;  
Has adeo circum ludit Natura creandas;  
Seu cum se summo pandunt in marmore conchæ;  
Ut genitalis eas anni stimulauerit hora;  
Implenturq; leui conceptu roris hiantes:

E t grauidæ certo mox ædunt tempore fœtus:  
A etheriusq; illis fit candens Vnio partus.  
S iue animaduertas: cur non se roscidus unam  
I nduat in speciem simili conceptus ab ortu:  
N anq; ubi ros purus cupidis influxerit illis:  
C onspicitur toto diffusus corpore candor.  
T urbidus at fœtum prorsus sordescere cogit.  
Q uem rursus uideas calo pallere minante.  
Q uippe illo constant: cæliq; his maior inest uis:  
Q uam maris: hinc uariant: & pro lurore uicissim  
N ubilus est illis color: aut pro luce serenus:  
D um fouet alba senis Tithoni Aurora cubile.  
H inc etenim pasci tunc illas cernimus: & cum  
S e tempestiuæ saturarent: grandescere fœtus.  
C omprimitur uero: si fulgurat: ipsa repente  
C oncha pauens: restatq; minor iejuna timendo.  
V erum si intonuit: pariter compressa pauensque  
I nflatam uento speciem: & sine corpore gignit.  
A tque hi concharum uere perhibentur abortus:  
N am cute multiplici sani constare feruntur:  
E t penitus solido compleri corpore partus:  
A tque ita: quo callum reputes id corporis esse:  
Q uod sale permulto soleant purgare periti.  
I d mirum est: cælo tantum gaudere sereno:  
S ole rubore illas: candorem & perdere: & ipsum  
C ustodire ideo mersas pelago altius: atque  
S e radii ualeant usquam contingere Phœbi.  
F lauescunt tamen: & rugastraxere senecta:

Nec constat uigor ille: nisi durante iuuenta:  
Quem petimus: si his etiam longa officit ætas.  
Hæret & interdum duris uetus Vnio conchis:  
Quem neque ab his ualeas nisi forti auellere lima:  
Quanq; omnis pariter proprio sit in æquore mollis:  
Exemptus uero durescat protinus idem.  
At si forte manum capientis præuidet ipsa  
Concha: statim compressa operit se seq; suasq;  
Intus opes: se gnara peti uiolenter ob illas:  
Atque ita præueniens acie proscindit acuta  
Sæpe manum: & poenas decepto sumit ab hoste.  
Deniq; quod solers summi prudentia Vatis  
esse apibus circa regem miratur: id ipsum  
Obseruare ferunt conchas: ut grandior æuo  
Imperet: atq; alias pastum præcallida ducat:  
Quæ si forte capi: nam hæc urinantibus una  
Cura est: contingat: palantes protinus omnes  
Includire reliquas facile est tum retibus: atque  
Incolumi quo maior erat fiducia rege:  
Hoc illis capto subit inconstantia maior:  
Vsq; adeo in cunctis ductorē amittere magnū est.  
Præcipua his uero dos est: æquissimus orbis:  
Candor item æthereus: tū limpidus undiq; lœuor:  
At magno pariter iustum sub corpore pondus.  
Sed satis hæc: nequa uidear contendere summis  
Ipse uiris: merito sibi qui peperere uirentem  
Semper: & in nullo languentem tempore laudem:  
Nec mihi certandi ueniat tam uana cupido.

T u modo: cum dabitur: collectum rite liquorem:  
N am non s̄epe fluit: tantos seruabis in usus.  
N anq; illo sparsus pallens prius Vnio candet:  
Q uin nouus efficitur: si post componere cures  
C ætera: quæ cura nihilo maiore parantur:  
V treferunt: qui hæc ægere & scripsere docentes,  
P ossem multa tibi quærentum inuenta referre:  
A rtificum: qui dum res has scrutantur: & errant  
N unchuc nunc illuc: alienaque s̄epe sequuti:  
Q uam peterēt: miranda aliás: nec cognita pridem  
I nuenere: quibus fruitur nunc uita repertis.  
V et qui uitra adeo uarias imitantia gemmas  
E ffecere prius: necnon qui Nitra Salesque  
I niunxere simillymphis & Alumina primis  
S eiungiq; aliis Aurum docuere Metallis.  
V el qui tot nobis etiam ostendere colores:  
P urpureum: uiridemq;: aut quo caelestia tecta  
I nter picta micant: & crebris ignibus ardent.  
S eu quem floriferit tranquillo tempore ueris  
L æta maris summas spargit Galathea per undas.  
Q uem facere eximia siqua cupis arte colorem:  
N anque illum nobis etiam natura ministrat  
I nuentum scabris in rupibus: hic tibi nulla  
P roueniet de parte magis: quacunq; uel arte:  
C ærula qui placidi referat Neptunia pontis:  
Q uam qui prætenuis flauo detergitur auro:  
H unc adeo ex se se profert: & detegit ultro  
A urea cyaneo conspirans Aura colori:

Cum floret miræ in morem rubiginis Aurum  
Suspensum supra os olla carentis aceti:  
Marmoreoq; etiam completae puluere primum;  
Deline de fimo in putri: iugue humore repostæ.  
His ergo atque aliis: quos enumerare colores  
Longum esset: cuncta in tabulis simulata reponunt  
Pictores: quæcunq; procul proprius ueuideri  
Contigit: ut Priscimira expressere: neq; ulli  
Non eadem mire nunc & pinxere Minores:  
Quos meus ingenio cunctos imitatus & arte  
Iulius: effingit quicquid Natura sub ipsis  
Exposuit diuersa oculis: seu surgere montes  
Aerios: imasq; simul subsidere Valles:  
Collibus atque etiam introrsum protedere hiatus  
Aspicias: uacuisq; ipsos se findere rimis.  
Sue petere exiguo comprehensos margine cures  
Prospectu late campos: & florida rura:  
Fluminaq; immensa intercurrentia terras:  
Et Maria: atq; lacus: uiridiq; in gramine fontis:  
Quoniam nymphæ: satyriq; & Monticolæ Siluani  
Conueniunt: cæloq; illic & sole fruuntur  
Quisque suo: uariis intenti lusibus omnes.  
Multaque præterea: quibus artes haud pudet uti  
Sue propriis reliquas: si qua immiscere Metallis  
Pergit rite manus: ut cum spirantia quondam  
Aera Myrhon: uel nūce adēcum excudere Crispus  
Cerat fingendi præstans & fundere iuxta:  
Multaque construere: & multa admiscere: suumque

*Tornitum  
ix ann.*

S ufficere his ignem doctus. Nec inaniter illum  
C rediderim arcanam meditatum plura per artem:  
Q ui genus id nuper tormenti ex ære peractum  
H orrendum miseris ædit mortalibus: altos  
Q uo murorum apices lōge quatit: & graue pōdus  
M achina terribili iaculatur in aera bombo:  
Q uo tellus tremit assultans: atq; oppida circum  
I cta procul diro strepitu: ceu fulminis: horrent.  
Q uales attonita stupidi percepimus aure  
L ittorenūc Veneto: Pataui dum magnus ad urbē  
R ex sedet: & latos diuerso milite campos  
O ccupat: at contra Venetus se exercitus intra  
C ontinet: & uariis arcet terroribus hostem.  
S ed quid in hæc fando diuersi uenimus: an quod  
N os & agit: qui nunc uertit ferus omnia Mauors?  
P ierides contra contendite: nam neque uobis  
V nquam aberūt: ausint qui talia: Sed neq; munus  
I ngratū est quodcūq; paro: nanq; hoc mihi tantū  
I ussistis: quod & ipse libens præstare labore:  
A equus in his quanuis labor est: & gloria dispar.  
N unc age continuus calor: & secretior ignis:  
Q uo foquet ac reficit se se uis seminis intus:  
A edetur: tempusq; sacri geniale Hymenæi:  
P erpetuisq; almi succensa cubilia thedis  
C oniugis: & ueri Veneris dicentur Amores.  
E rgo niuem cum tu uitro deraferis Aurit  
H anc Hyali paruo rursus in vase repones:  
C uius item modicum feruenti os obstrue uitro.

Tum tibi seu lapide excisum formare Caminum;  
Sive luto fictum: studeas; Cui subdita lampas  
Ardeat assiduum producens usque temporem;  
Quem superimpositus dense cinis aurea seruet  
Semina; quæ fundo Phialæ claudantur in imo;  
Erit treo dum vase diu conclusa coquuntur;  
Ostendant prima varios in fronte colores;  
Namq; ipsum quoniā præ cūctis querimus atrum  
Post quater undenos soles cum noctibus actos;  
Vnde color tota candens educitur arte;  
Ex atro ad carentem alios extare necesse est;  
Quos spectes medios inter contraria sensim  
Apparere tibi; nanque hoc Natura requirit;  
Quo sibi conueniat concors: atq; undiq; tota;  
Nec nisi decursis spaciis extrema tenebis;  
Omni nanque dabunt tibi tot se parte uidendos;  
Quot trahit aduerso solis splendore colores  
Iris; ubi terris cælo incuruata recumbit.  
Aut quot sæpe leui motu variata uidemus  
Colla referre auium: quas Iuno iungere curru  
Ante alias omnes uolucres dignata; superbis  
Centum Argi uoluit prætexere lumina pennis.  
Asterib; fusco perfuderit ipsa colore  
Missa: putes proprium te suffecisse temporem;  
Quo femella marem suaui complexa foueret  
In gremio; ast illi sensim instillaret amorem  
Fotus amans; dulciq; simul langueret uterque  
Connubio; & ditem proferret deniq; partum.

Hinc ea paulatim pullam deponere uestem  
Incipit: & se se pallenti obducere palla:  
Inque dies minus atq; minus pallere: neq; ullo  
cessare interea momento temporis unquam  
Sæpius in numero confpersa colore uicissim;  
Quin albore iterum maturet foedere tanti  
Coniugii iuncto: quo iam resoluta latenter  
Puruit: & uires quo nunc recreata resumit.  
Hic igitur ne qua tepidum summoueris ignem:  
Et genitalem intus uim ui subeunte foueto:  
Ales ut assidue tepidis super incubat ouis:  
Ascendisq; adhibet pullis intenta uigorem.  
Quem tu continue morem seruare memento:  
Hanc ut: dum Phœbi circum se uerterit orbis:  
Purimus exacto comprehendat tempore candor.  
Haec tibi tangenda est duranti denique meta:  
Hic equus est soluedus: & hic iam terminat æquor:  
Quo cursum tenuisse diu lætere laborum  
Tantorum: & longum patienter multa tulisse:  
Ac iam tempus adest: quo felix premia sumas  
Debita: quæ tanto demum sudore pararis.  
Accipies igitur uiui de more subactum  
Argenti pondus: tríquetrōque in uase repones:  
Quo calefacta solent immissa Metalla liquere:  
Cumq; tibi in medio uas ipsum aptaueris igni:  
Operit & misso sursum feruescere fumo:  
Pulueris exiguum perfecti proliice partem  
Desuper: & tentis succendas follibus ignem.

N anq; id continuo: quod tu mirere: liquescet  
A rgenti in speciem: quam fusam deinde canali  
A ngusto in gracilem uideas durescere uirgam.  
N on tamen hic prorsus sistēdum est: eia agelōgum  
I ngresso tibi restat iter: quo pergere cura  
S tenuus: & quondam felicem perfice cursum.  
N ec mihi det uicio quisquam: si condita claustra  
N aturæ referare nimis: uel iniutile forsan  
H umano quicquam generi proferre uidebor:  
C um: ueluti cunctos auro ditescere uellem:  
I psum qua fieri possit ratione docere  
T entabo: abstrusum quod sic natura sub imis  
M ontibus occuluit: quo gens humana per omnis  
I d peteret patiens atque exanclata labores:  
Q uoué uno preciisq; modum summamq; tenerent  
M ortales: illoque foret mutatio rerum  
A equior: & uarias inter commertia gentis  
A pta magis. Quod si certa produxerit arte  
I nlucem id quisquā: Vulgoq; ut perget in usum:  
F ecerit: atq; ideo preciosum ut uile putetur:  
C ontinuo exciderint reliqua tam segniter artes:  
Q uantum hæc extulerit caput indefessa: neq; ipse  
F orte pater curis acuet mortalia corda  
A mplus: inde graui passus torpere ueterno  
O mnia: uel potius sceleratum mox genus omnem  
I usserit humani speciem mutare decoris.  
I psum autem: ut uariis agitauerit ante periclis  
A uctorem sceleris tanti: aut detrudet ad orcum

F ulmine; uel celsa religatum in rupe perennes  
A eternum poenas coget dare: Nam quid olympo  
O ssa superpositus; necnon & Pelion Ossa  
C œumque Iapetumq; magis saeumq; Typhœa  
F inxerit horrendi Iouis ira; & fulmine dignos?  
A ut magis æthereis subductus sedibus ignis  
C auca sea meritum uolucrisq; & rupe Promethea?  
Q uam: qui hac imprudēs Aurū inuulgauerit arte:  
D ignus erit poena simul ut multetur utraq;  
C auerat hac princeps re forsan Claudio una;  
F lexibile ut fieret mirando examine Vitrum;  
D etraheret nequid precia olim imposta Metallis.  
V idit idem inferior longo post tempore Cæsar  
I pse etiam fortasse; artis cum perdere tantæ  
A rtifices uoluit; iussitq; exurere librum  
M ultorum aggestum cumulū: dum forte peragrat  
M ilite compoſito Aegypti ditissima regna:  
E ttimet imperio Romano prouidus arte  
E x illa; & multis opibus tunc inde paratis.  
Q uin frustra Phaunus Pico satus; & Iouis almus  
I pse nepos; merita ferretur laude: quod olim  
P rimus ad Hesperios specubus depromperit altis  
A rgentilate uenas; primusq; per ipsum  
A urum aditus tantos tellure recluserit ima:  
H orum conditio si qua uilesceret arte.  
V erum id non agimus: non omnibus omnia nanq;  
S cribimus: hac tota Vulgus sed parte perosi  
L udimus; & procul hinc certū est arcere pfanum:

E t terrere etiam scriptis: ne attingere sensu  
S peret: quæ paucis canimus prudenteribus: & quæ  
N on tanquā Artifices: sed ut olim cetera: tanquam  
S crutantes opus id naturæ: dicimus: & quæ  
V ix illis pateant magno percepta labore:  
Q uimoniti nobis digniq; ad tanta uocantur.  
P ræsertim cum rite uolunt indicta relinquunt  
N onnulla: aut dici scelus est ea quippenefandum:  
N i penitus cæcis ambagibus inuoluuntur.  
A c nonnulla etiam (quod parce Nos tamen ultro  
F ecimus) inter dum sparguntur falsa: neq; illic  
O mnia præcipue credas tibi uera referri:  
A rs ubi secretos duci tentatur in usus:  
A tque ubi: quo pacto sese experientia promat:  
P rodimus addicti perplexæ Legibus Artis.  
Q uin ubi Naturæ uires aperimus: & Artem  
I llius asseclam decernimus: atq; ubi primum  
E sse hæc: mox quæ ea sit: ostendimus: omnia passim  
V era tibi porrò occurrent magis: Et magis inde  
O mnia percipies: quæ sunt ducenda sub usum:  
Q uam illinc: Artis ubi nobis modus ipse doceri  
E st uisus: nostroq; patens fieri documento.  
N ec fuit hæc fandi tantum sententia: quantum  
H ic mihi nescio quis furor incidit: Vnde fauenti  
N umine non trito ductarer calle sub alta  
C ulmina Pieridum: latosque inuisere colles  
E t fontes haurire sacros: & carpere frondes  
S perarem: doctæ iam premia frontis honesta:

A tq; adamata mihi: & multos quæsita per annos.  
H æc nam sollicitas inhibent solatia curas:  
H ic amor: hæc uacuam tenet oblectatio mentem:  
G ratiaq;: atq; una hæc animum cōplexa uoluptas  
E xplet: & hinc totum percurrunt Gaudia pectus:  
G audia Castalidum dono concessa sororum.  
E rgo hinc digrediens edico: ne quis ab igne  
A moueat: quod rexit: opus: ne forte remittat  
C onceptum durante diu uirtute calorem.  
S ed contra intendat potius: quo perferat ipsum  
T acta manus tamen Artificis: ne quādō mouētem  
V im sese excedat calor: at tam iugis & æquuis  
P erduret: quam lœta illum Natura sequatur.  
E rgo: quin pergas: Tunc te mora nulla retardet:  
D efieris cum iam ulterius proferre nitorem  
S perati & demum iam tum candoris adeptū:  
S ed tamen ut properes obstet patientia semper  
F ida comes: quæ te pariter ne longa moretur  
I psa dies: faciat. neq; enim tibi tempore parta  
T anta breui speres: quæ si conquirere possis:  
N ulla æque quærenda alia: aut optanda relinquas.  
H ic itaq; ulterius postquam processerit ignis:  
N on unus color: aut facies spectanda: sed ante:  
Q uiam tibi purpureus se proferat ipse uidendum:  
P aulatim croceo perfusus candor amictu:  
E t uarie immutans: totum durabit in annum:  
C um ruber ostendi mox cœperit: atque sub altam  
P erspicuus florére cutim: uiolæque rubenti

A ssimilis: iuxtaq; nitens Tyrio Hyacintho.  
H aud tamen hic etiam sistas: sed protinus ultra  
P erge: nec à recta: qua te uia dicit: aberres.  
T um tibine in mentem ueniat: nec suadeat ullus:  
V t quicquam immutes ignem: ni forte parumper  
I ntendas: quem ferre tamen uel tangere possis:  
C um libet: illesus: que sit tibi meta: modusque:  
Q uo nihil hoc toto seruandum tempore credas  
E sse magis: nanq; hoc naturam imitabere tantum.  
C ætera: si pecces aliquid: uel forte relinquas:  
C orrigere: aut rursus componere: nil prohibet: Si  
R ecte animaduersa hæc pridem: & quæsita fuerūt.  
A t si desistas: quo vis intermoriatur  
I gnea: continuo quæ foetum fomite pascit:  
N il agis: & subito: cum primum desinet ignis:  
C uncta ruent: quæ non ulla reparaueris arte  
A mplius: ac frustra tentes fulcire ruinam.  
V erum si contra studeas augere calorem  
I mpatiens: pigeatq; moræ te: protinus illud  
A mittes: longo quod dudum tempore quæras.  
P ropterea assistens operi bombicina lychnis  
N uncipse imponas filo contorta Trilici:  
N uncoleo demissa leues: eademq; retorto  
P rofer acu: aut putres contundas forcipe fungos.  
C ontemplator item: cum se mutauerit Aer:  
S umpsierit & uires iam Tempestatibus æquas:  
S i media: ut par est: torrenti æstate calescat:  
E t tuus hic etiam nolens augebitur ignis.

A t si frigescet gelidis Aquilonibus Aer:  
E t tuus hic etiam nolens sedabitur ignis.  
T u uero; si frigus erit: mox addere primis  
F ila tribus sapiens accingere: quæ tibi speres  
E sse satis: sed si æstatis superimminet æstus:  
O ccurras: demasq; celer quæ adiunxeris ante.  
A ut latera extéplo attenua nimis ampla Camini:  
E t graciles illi spondas aptare labora.  
A ut contra: tenuis Paries ubi forte maligna  
E x se admittet uel rimis frigora: limo  
T um latera hæc eadem crasso duc omnia circum:  
Q uaque potes iussum conserues Arte te porem.  
N ec pudeat cribro cineres agitare: neq; ipsos  
A mpullam circum tenues aptare te pentem  
I nterea: quando uideas inolescere foetum  
S cilicet: & densum magis affectare Ruborem:  
T ertia quo tandem ueniat feliciter æstas:  
Q uaetibi præteritos demat perfecta labores.  
N am simulac plenum color effert purpureus se:  
C unctandum nihil est: quin puluis uase beatus  
D ematur: uariosque tibi seruetur in usus:  
C ætera siue uelis auro mutare metalla:  
S eu libet affectis etiam mortalibus esse  
A uxilio: & tristes illis depellere morbos.  
H aud tamē exacte quisquam sic computet annos:  
V t nil diminuat numero huic: nil insuper addat.  
N am seu materies habilis quandoq; reperta  
A cceleret cursus: eadem non apta retardet:

**S**eu calor intensus paulo minus aut magis æquam  
Mensuram exuperet: uariet tempus ue: locus ue:  
**H**inc tibi; si spectes: ratioq; & causa patebit:  
**I**n longum tanti spaciū quæ duxerit ortus:  
**F**ecerit aut breuius: neq; enim quem septimus ædit  
Mensis: erit fallax hominū partus. Nec & hunc: quē  
**P**rotulit undecimus: non uerum dicere possis:  
**Q**uanquam hæc in superos soleat & in astra referri.  
**S**unt qui deinde tamen non paruis ignibus illum  
Nostres atque dies septem in fornace perustum  
**D**etineant: donec magis hic densetur: ut aiunt:  
**Q**uod tamen haud omni sapiēs ex parte probarit:  
**N**am facere haud qcq; simile huic Natura uidetur:  
**C**œperit at siquem: seruat mox una tenorem  
**S**emper: & incœpto quæ sint diuersa refutat.  
**H**actibi quo totū peragant: quē circumagis orbem  
**R**ectius: intégrī: moneo: ne spieueris anni  
**O**bseruare tuis in rebus tempora passim.  
**A**c: si me quicquam studeas audire: sub ipsum  
**V**era deo incipies: quo totus parturit orbis:  
**E**t quo se cunctis aperit natura creandis:  
**C**uius ad arcanum componas cuncta tenorem  
**M**educe: quod monui semper: ne calle relicto  
**I**lliū: à recta quoquam discedere tentes.  
**V**ere igitur Tum uitra tibi conflare iubeto:  
**V**ere etiam formare luto atq; aptare Caminos:  
**C**um deseuit hyems: ac dum non impedit æstas:  
**V**t quanuis ualidos pertractes cominus ignes.

**E** orsitam hic numeros quæras; & pondera rerum;  
**Q** uas tibi constituas; opus id q̄ perficis; ante.  
**V** erum si reputes: Tria sunt primordia tantum;  
**D** e hinc duo: dehinc etiam: recte si uideris: unum  
**T** antum erit; & solo triplex constabit in Auro.  
**Q** uin ipsa hæc uno comprehendendas pondere cuncta;  
**N** am nihilo distant inter se iuncta; suumque  
**Q** uodque sibi alterno permutat pondere pondus,  
**Q** uæ tamen exacte prorsus sic omnia tractes:  
**V** it neque tam tenui numero subducere current:  
**A** c neque tam modica perpendere lance minutim  
**H** i: quibus argento mire secernitur Aurum;  
**I** nstrumenta quibus maneat: quæ tēpla uocātur:  
**N** am templi faciem præstant circundata uitro:  
**E** t pedis unius modulo constructa decenti:  
**Q** uo nusquam tenui penetret vi spiritus: atque  
**H** ic erecta Bilanx preceps immotaq; perstet.  
**A** tque ideo argenti massæ: quæ continet Aurum  
**I** nfusum: Drachman capiunt: quam rursus acuto  
**I** ncidunt ferro: mediamq; illius in acris  
**D** iffundunt latices partem: mox illa uirentis  
**P** articulas Aurilinquit resoluta per undas:  
**H** æ propria nigræ ad fundum grauitate feruntur:  
**Q** uas illi excipiunt: & parua lance receptas:  
**E** xiguo quo cunq; leues sint pondere: pendunt.  
**S** ubductisq; ipsis: dum quod sub parte repertū est  
**T** unc Aurum: artificis miro solertia ductu  
**C** ompusat: in toto reperit quæ summa resultet.

A t quanquam numeris: opus est: utare minutis  
V sque adeo: uel ponderibus: satis attamen una  
T antum electa tibi fuerit tribus Vncia primis  
E x illis: quam tu: ut docui: sic rite gubernes:  
A ut si forte duas sumis: nil amplius addas.  
N am te: quod superest: etiam nonnulla docebo;  
Q uaetibi cum fuerint alta sub mente reposta:  
N oris: cur modica contentus parte labores.  
H ic ego non fictis: quæ sunt tractanda: figuris  
E loquar: & longis obducta ambagibus ædam:  
Q uaet quondam artifices ipsi celas se fatentur  
C onsulto: tanquam ueteris mandata Sybillæ.  
E xtremo huic igitur prudens ne cede labori:  
N am breuis atq; artis minimæ est: sed diuitis usus.  
E rgo uel in primis fuluo confunde Metallo  
C onfeci paulum medicaminis: idque beati  
P ulueris actutum præse uim ferre uidebis.  
V el grauidum puro semen cum rursus ab auro  
H audfacili & multa extrusum collegeris Arte:  
Q uimodus ex illis: quæ pridem exegimus: extat  
E xpressus satis: & farinon omnia par est:  
H uic tu purpurei partem mox pulueris æquam  
I mmisce: atque illis lentum succende calorem:  
A c geminos illas etiam simul excoque menses:  
Q uo seriem spacio cunctam prodire colorum  
P eruideas: qualem ternos miratus in annos  
V ideris: atque breui sumas: quæ maxima longo  
T empose iam tota quælisti sedulus arte:

I dq; iterum atq; iterū facias: quotiēsq; peractum  
I d fuerit: totiens uires illius: & ipsum  
P uluereum exauctes cumulum: nanq; ocyus ipse  
C rescit: & hinc a liam sumit: retinetq; priorem  
V irtutem crescētem etiam: Nec credere uanum est:  
I llam adeo interdum priscis auctoribus auctam:  
I psius ut tenui projecta parte per undas  
A equoris: argentum si uiuum tum foret æquor:  
O mne uel immensum uerti mare possit in Aurum:  
N eptunusq; supra Diuos ditissimus omnes  
T um fieri: & strato lusum Nereides Auro  
I re super: puro siccantes sole capillos  
C æruleæ: quo non aliis color aptius Auro  
H æret: & æthereo cui plene conuenit Aurum:  
H æc super Aurifera non inuidus arte canebam:  
D um ferus Ausoniæ populos agit undiq; motus:  
A tq; rapit resiles & longa pace quietos  
A rma per: innumerasq; immani uulnere cædes:  
H orrendum in facinus: quo mixtū ignobile uulgus  
P rincipibus: rerum quibus est permitta potestas:  
P ræcipitat: stupidisq; necem mortalibus atram  
I ngerit: atque ipsa grauiores morte labores.  
I llo Augurellum me tempore tutius habebat  
A driacus baccante sinu per cuncta furore  
B arbarico: Magnæ uel cum primoribus urbis  
V ersantem: aut studiis Musarum multa uacātem:  
C armina qui fidibus iam pridem aptare canoris:  
T um doctos salibus Sermones spargere puris

Tentauit: et demū iam rectos ausus Iambos  
Acedere: nūc lusi somno uelut excitus arcto:  
Qua data porta inter geminas: quæ somnia seruat.  
Cornea nec nobis patuit: nec prorsus Eburna  
Emissus, cecini falsis insomnia uerbis:-

LAVS DEO MAX.

UNIVERSITY OF LONDON  
WESBURY INSTITUTE

T sicutum et quodcumque est in eis sicutum sicut in Iudeo  
A sicut sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per  
Q sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per  
C sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per  
E sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per leprosum sicut per

IVAS DEO MAX.

